BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 R
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

III 18 . d

III 15
1.11 15

C.A.

SOLO
MONIS SEN
TENTIAE, VER
ſæ ad Hebraicam Veri
tatem à
PHIL. MELAN.

Haganoæ, per Iohan.
Secerium.

LIBER AD LECTOREM. IACOB. MICYL.

Non minium, ſpiro ue crocum, non pumice raſus
Candida de ueterum cornua more gero.
Mendaces ſiquidem decet iſta ſuperbia libros,
Seq; peregrina uendere mundicie
Nudus ego ſuperas uolui prodire ſub oras
Dummodo ſim uerus, ſat puto cultus ero.
Non auſos recito cœlum ſperare gigantes,
Nec Iouis in turpi nugor adulterio.
Quid faciat caſtos mores, quid pectora ſana
Quo ueniat digne uita gerenda modo.
Hæc ego ſuſcepi Lector ſtudioſe docenda
Hic ſcopus, hæc noſtri ſumma laboris erat.
Hæc quondam ut poſſet regina audire Sabæa
Venit ab Auſtrino fœmina uecta polo.
Tantus erat uirtutis honos, ea gloria recti,
I nunc & croceis uendere muneribus.

ILLVSS. SAXONIAE PRINCIPI, D. IOHANNI FRIDERICO &c. PHILIP. MELANCHTHON S. D.

CVM uiderem in tanta Librariorum licẽtia futurum, ut ſcholia noſtra in ſententias Solomonis dictata, publicarentur, res poſtulabat, ut erratis quæ ſunt in eo cõmentariolo nõ parũ multa aliqua ex parte mederer. Neq; enim fieri potuit, quin in tam obſcuris ac breuibus apophthegmatis multa interpretem fallerent, præſertim πρωτόπειρον. Et recognoſcere commentarium non ſinebant Librarij, qui prius uidebantur edituri,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quàm nobis uel relegere uacaſſet. Nihilo fœlicius & antea editi ſunt aliquot commentarij mei, primũ antequã maturuiſſent, deinde mutili, & pleriſq; locis opificum incuria adeo deprauati, ut non agnoſcam. Atq; meo ſane iudicio inter huius ſeculi innumera mala, non poſtremum habet locum Typographorum improbitas dicam, an impudentia, qui cum citra delectum cudant edantq; omnia, unde lucri ſpes eſt, Deum immortalem quantum incommodant rebus humanis. Nam fere peſſimos quosq; libellos, quia plurimos habent emptores, orbi obtrudunt, quibus cum labefiat alicubi religio, opprimantur honeſtæ artes atq; literæ, ſæuiatur in bonos uiros, publica tranquillitas perturbetur, quid fingi poteſt pernicioſius? Sed ualeant illi ut merentur. Equidem putaui fidei meæ referre, ut lecturis Solomonem, accuratius conſulerem, poſteaquàm id utcunq; uideor illius opuſculi titulo pollicitus. Proinde Solomonem ipſum deintegro ita Latine reddidimus, ut intelligi poſſet, id quod in ueteri interpretatione deſyderabatur. Feci aũt hoc eo libentius, quod mereri libellus uidebatur, ut penitus cognoſcerent ac ediſcerent pueri. Nam & de pietate ſanctiſſimas opiniones teneris pecto-

ribus

ribus inſtillauerit, & de cōmunibus moribus mire ciuiliter præcipit. Iam & ipſum auctorem circunferri malui, quàm meum commentariolū. Præſtat enim & ad conſcientiā confirmandam, & ad formandum iudicium, cum Prophetis ipſis tanq̃ domi colloqui, quàm ex commentarijs ſapere, qui ferè prophetarum ſententias procul oſtendunt, ſi tamē oſtendūt. Et ut in interprete nihil poſſis reprehendere, tamen & hic iuxta Prouerbium, Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ. Itaq; cum pro enarratione noſtra, auctorem exhibeo ipſum, næ uos χαλκέα χρυσείων commutatis, integrum enim Solomonis opus pro mutilo commentario, elaboratum pro extemporaneis adnotationibus, deniq; prophetias pro homunculi ſententijs reponimus. Porro, ut obiter hoc etiam moneam, in uertēdo hoc ſeruaulmus, ut in ijs locis, qui de fide aut timore præcipiunt, & ad muniendam conſcientiam pertinent, non modo ſententias fideliter repræſentaremus, ſed uerba etiam ferè adnumeraremus. In ciuilibus ſententijs, ſunt enim non parum multæ πολιτικὰ, fuimus liberiores, necubi Lectorem obſcuritas moraretur. Quid enim attinet interpretari, ſi intelligi nolis. Nec moror iudicia eorum,

qui Iudaicam quandam ſuperſticionem in uertẽdo requirunt, qui cum liberalibus & elegantioribus diſciplinis, non ſunt perpoliti, ne poſſunt quidem de ullo genere orationis recte iudicare. Hoc *ergo quidquid eſt operis,* Illuſ. Princeps, *tibi dedicare uolui, & ut ſtudium tibi meum probarem, & ut adhortarer te ad pietatem interprete* καὶ πρόξενῳ Solomone. *Par eſt autem hunc regem audire de officijs omnibus uitæ præcipientem, quẽ conſtat primum ſapientia præſtitiſſe regibus omnibus, omnium ætatum ac gentium, deinde nihil docere niſi* Verbum Dei. Apud Homerum Agamemnõ *optat ſibi decẽ* συμφράδμονας Neſtoris *ſimiles contingere, nam huius prudẽtiam in primis ſuſpiciebat. Quanto melius autem tecum agitur, cui* Solomonis *conſuetudine frui licet, & cum tali ſymphradmone de rebus omnibus publicis ac priuatis, cõſultare ac cõmentari, qui multis modis* Ho*mericum ſenem uincit.* Proinde *ſi fœliciter cupis imperium gerere, & tales admitte uitæ magiſtros, & toto pectore religionem cole.* Sic enim *& diuinitus præceptum eſt, ut librum legis habeant in manibus* Principes, *& ex eo ſe comparent.* Falle*ris ſi humana induſtria, aut uiribus defendi poſſe*

imperij

imperij poſſeſſionem cenſes. Fruſtra conaberis omnia, niſi pietate Deum tibi deuinxeris, qui conſilia tua fortunet. Id ſubinde inculcat in his ſententijs Solomo, & teſtantur minime obſcuris exemplis Hiſtoriæ. Simul autem cum religione rem literariã tibi commendo, ut honeſtarum artium ac diſciplinarum patrocinium ſuſcipias, quæ hac turbulenta tempeſtate naufragium factura uidentur, niſi à Bonis Principibus ſumma ope defenſæ fuerint. Nihil autem magis regium ſuſceperis, quàm hanc prouinciam propugnandarum literarum, quæ cum religioni ornamento ſunt, tum publicarum legum, & ciuilis diſciplinæ, & humanitatis ſcientiam continent. Quod uulnus iterum accipiet religio, ubi linguarum ſtudium frigere ceperit, cum intelligi diuinus ſpiritus uoluntas, niſi ex prophetico ſermone non poſſit, & de ſermone haud ferè iudicare queãt hi, qui noſtris literis non ſunt exculti. Iam ciuilem diſciplinam neceſſe eſt conuelli, niſi ijs artibus, quæ de uitæ officijs & communibus moribus præcipiũt, ad uirtutem Iuuentutis animi inuitentur ac inſtituantur. Nemo reſpublicas, ſiue religionem ſpectes, ſiue ciuiles mores, grauius læſerit, quàm qui à ſtudio liberalium artium iuuentutem retrahit. Eſt enim

omnino uis earum opinione uulgi maior. Quare aduerſus praua iudicia imperitæ multitudinis, aduerſus importunitatem indoctæ turbæ, aduerſus uim atq; iniuriam à ueſtro ordine opem implorãt, ad uos tanq̃ in portum quendam & perfugium ſe conferunt. Quid fuerit autem crudelius, quàm barbaro furori uulgi innocentes, immo optime merentes de rebus humanis prodere, ac perpeti ut opprimantur, ac deleãtur. In fabulis eſt Mydæ Phrygum regi, q̃ de Muſica non ſatis prudenter iudicaſſet, ab Apolline aſininas aures additas eſſe. Quantum autem, Bone Deus, in illo procerũ uulgo Mydarum hodie habemus, qui non modo literas nullas norunt, ſed contemnunt etiam, & nugas eſſe ſentiunt, quas colluſitantes in ſcholis ocioſi homines commenti ſint. O pernicioſum errorem, Nam ſi literas rebus humanis exemeris, exulare una uirtutes omnes ac pacis artes continget. Quanto de ſeſe prædicant ipſæ Muſæ apud Heſiodum rectius, cum affirmant ſe de grauiſs. rebus agere, & uera bona mortalibus oſtendere, Sic enim aiunt.

ἴδμεν δ' εὖτ' ἐθέλωμεν ἀληθέα μυθήσασθαι.

Itaq; te publica utilitas commoueat, & tuarũ gentium ſalus, quæ incolumis eſſe non poteſt, extinctis literis

literis, ut eas aduerſus improborum temeritatem fortiter defendas. Cum enim diuino beneficio nuper refloreſcere cœperint, ne agnoſcere quidē Dei liberalitatem uideberis, niſi cœleſte munus religioſe conſeruare contendas. Et cum hoc conatu in primis delectatur Chriſtus, tum nō alio officio uberius de tuis gentibus mereri poteris. Neq; uero uſquam fœlicius collocari beneficium putes, quàm in has, cumulatę enim bene merito gratiā reddent. Nam cum alumnæ ſint omniū uirtutum, caue putes in eas ingratitudinem cadere poſſe. Quare Solomonem noſtrum ita excipies, ut ſentias te monitorem, & doctorem religionis, & aliarum uirtutum domum admittere, ſimulq; committi tibi honeſtarum artiū ac literarum patrocinium. Id ſi ſuſceperis, tum demum uere Principem agas. Quod ſi hoc munus Princeps abdicarit, cætera nihilo uerius, quàm ſcenicus ornatus regem efficiunt. Habes autem & domeſtica exempla, quæ te ad res pulcherrimas accendere ac inflammare poſſunt, quæ imitari ac ſequi, pars quædam pietatis eſt, & tyrocinium tuum, ac imperij rudimenta ſpem nobis faciunt, fore te honeſtis ſtudijs præſidio, ac reipub. ſalutarem. Vale fœliciter.

ARGVMENTVM LIBELLI SOLOMONIS

SEntentiæ, in omnibus ubiq; linguis breuia quædam præcepta, ſeu leges ſunt, de communibus moribus, aut caſibus. Vt ſunt apud græcos γνῶμαι, χρεῖαι, κρίσεις. Sunt aūt referendæ in comunes locos, hoc eſt formas uirtutum, uiciorum, premiorum, pœnarum, & ſimiles. Quemadmodum latinas ſententias digerere poſſis. Ad amiciciam pertinet. Amicus certus in re incerta cernitur. Ad beneficentiam. Beneficium accepit, qui digno dedit. Ad experientiam. Diſcipulus eſt prioris, poſterior dies. Si ad hunc modum Solomonis ſententias digeſſeris, nonnihil lucis accedet. Intereſt aūt aliquid inter prophanas Gnomas, & Propheticas. Quædam enim propheticæ de fide, timore, cruce, Dei uoluntate, propoſitæ ſunt. Quibus de rebus nec iudicare hominis ingenium poteſt, nec extat in prophanis literis, quod quadret ad has. Eſtq; in his pietatis ſeu religionis caput. Humana ratio docet noſtra prudentia fidere, religio à noſtra prudētia

ad Dei uoluntatem, & promiſſiones reuocat. Humana ratio decernit adflictiones nobis exitio eſſe, Religio docet, crucem eſſe etiam optabilem, Sicut inquit Solomon: Diligit deus, quos corripit: & Paulus, Ideo caſtigamur, ne cum hoc mundo damnemur. Qui uero libertatem humanæ uoluntati tribuunt, & carnales iuſtitias Chriſtianam iuſticiam eſſe iudicant, ex Chriſtianiſmo planè humanam quandam philoſophiā faciunt, quod prorſus impium eſt. Itaq; in propheticis ſententijs aliæ ad legem, aliæ ad Euangelium referendæ ſunt. Sunt enim Euangelia, omnes Gnomæ, quæ promittūt gratiam, & iubent Dei benignitate fidere. Leges ſunt quæ uel minātur impijs pœnas, uel mores emendant. Et in his pleræq; ſunt, quæ continent communes caſus, uidelicet, amicos fere fidem fallere, garrulos eſſe uitandos, non minore negocio parta conſeruari, quàm parari rem: hoc genus ſententias πολιτικὰς uoco, & ad παιδαγωγίαν pertinēt. Atq; his adſcripſi Gnomas ex prophanis literis, ut clarius intelligerentur cū illis collatæ. Nam de his communibus caſibus humana ingenia iudicare poſſunt, uicit enim experientia, ut raras eſſe fidas amicicias pronunciarent, ut docerent uix quenq; eſſe

ſua ſorte contentum, & hoc genus alia. Euãgelicis uero illis non adſcripſi prophanas ullas ſententias, ne uiderer miſcere ſacra prophanis. Et ferè ibi rationis iudicium fallitur, ut antea dixi. Vtinam aũt, quemadmodum Solomo & pædagogian docet, & Euangelium, ita noſtri Concionatores utrũq; proponant Eccleſiæ. Nam cum Paulus ait, legem eſſe iniuſtis poſitam, et legem eſſe παιδαγωγόν, exigit certe iuſtitiam operum, & uult frenari ac coherceri carnem in omnibus, tametſi neget eam eſſe iuſticiam Dei, & uocet alicubi σκύβαλα. At hac pædagogia tanq̃ carcere oportet ſeptos eſſe eos, qui ſicut Paulus ait, adhuc ſub tutoribus ſunt, & tanq̃ nondum in tutelam ſuam uenerunt. In primis autem hoc præſtent hi qui pueros inſtituunt, ut ita Euangelium, hoc eſt doctrinam fidei tradant, ne hanc pædagogian negligant. Quoties enim hoc præcipit in his ſententijs ſpiritus Sanctus, uirga pueros, & ſtultos cohercendos eſſe. Sed pleriq; dum priuatim impure uiuunt, & pro contionib. auribus impiæ multitudinis ſeruiunt, ita tractant Euangelium, ut nihil minus quàm Chriſtum doceant.

SENTENTIAE SOLOMONIS

SOLOMO DAVIDIS filius, rex Iſraelitarū, ſententias conſcripſit unde diſcantur ſapientia, caſtigatio, intellegentia, prudentia, iuſtitia, ius & rectum, unde & calliditatē imperiti, & pueri ſcientiā & conſilia petāt.

Sapientes, ubi audierint, promouebūt, & cordati induſtriam conſequentur, ut intellegant ſentētias; interpretationem; ſapientum conſilia & exempla.

Dei metus ſcientiæ initium eſt:

Contra, ſapientiam & eruditionem ſtulti adſpernantur.

Titulus operi additus eſt, cū propoſitione cohæret, ut apud Thucydidem θουκυδίδης ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον. *Propoſitio aūt ſubmonet quæ ſit uis, quis uſus Verbi Dei.*

κεφάλαιον *operis. Humana ſapientia docet fidere nob. ipſis, hic docetur tior dei,*

Audi fili paternam caſtigationem, & matris tuæ legem ne negligas. Nã ea demum capiti tuo pulcherrima bulla fuerit, & collo torques.

Damnatur ſolicitudo de uictu, quæ ſere ĩpellit ad rem quoquo modo faciendã. Ibi multis exẽpla diuitũ imponunt & ſplendor.

Fili, ſi te inuitarunt peccatores, ne obſequaris. Si dixerint, nobiſcum ambules, inſidiemur ſanguini, abdamus nos, ut innocentibus exitium machinemur, & quemadmodũ inferi uiuos abſorbeamus, probos tanquam ruentes in uoraginem. Magnas opes reperiemus, ædes noſtras ſpoliis locupletabimus, ſortem tuam & inter nos deiice, commune ſit omniũ marſupium. Mi fili, ne ambules cum eis, arceto pedem tuum ab illorum uia. Nam pedes eorum ad exitium properant. Fruſtra tenduntur retia uolucribus ob oculos, & iſti ſibi mutuo inſidiantur, nec uita eis inter ipſos in tuto eſt. Hic auari mos eſt, ne uitæ quidem alterius parcit.

παροιμιακῶς dixit. Fruſtra illos conari, quaſi dicat, Arenæ ſemina mandãt: aut, Non profecturis littora bobus

QVERIMONIA, QVEM
admodum ubiq; dolent Prophetæ contemni Verbum Dei.

Sapientia foris clamitat, in plateis uo-

cem edit, multitudini præit, pro portis clamitans, & in urbe concionatur.

Quouſq; tandem imperiti amabitis imperitiam, & ſubſannatores ſannis delectamini, & fatui ſcientiam odiſtis? Ad uertite animum ad increpationem meã. Ecce ſpiritũ meum uobis efflabo, ſententiam meam exponam. Cũ uoco uos, recuſatis, cum porrigo manum, nemo aduortit animum. Omnia conſilia mea negligitis, & increpationem faſtiditis. Proinde & ego in calamitate ueſtra ridebo uos, cum ſubita mala nihil tale metuentes perterrebunt. Tum uocabũt me, ego uero non exaudiam: quærent non inuenturi. Nam oderunt ſcientiam, & timorem domini non elegerunt. Faſtidierunt conſilia mea, & increpationes calumniati ſunt. Itaq; fructus edent operum ſuorum, & conſiliis ſuis ſaturabũtur. Nam imperitis exitio ſunt illecebræ, quibus parum cauti capi ſolent, & fatuos ſecundæ res impiorum perdunt. Quiſquis me audierit, ſecurus erit & in tranquillo,

arant. Niſi. n. retia tegãtur, & arte alliciantur aues, nihil egeris. Significat igitur fruſtra eſſe conatus ĩpiorũ, Deus. n. non adſpirat.

CAPVT II.

ADHORTATIO

Fili, ſi acceperis uerba mea, & manda
ta mea apud animũ repoſueris, ut auſcul
tes ſapientiæ, accõmoda cor, ut probe
intellegas. Nam ſi poſtulaueris intelle-
gentiam, eamq; accerſieris, ſi uelut ar-
gentum quæſieris, & inueſtigaris tanquã
theſauros, intelleges timorem domini, &
Deum cognoſces.

Conſilia & ſucceſſum à Deo eſſe.

Deus enim ex ore ſuo ſapientiam & ſci
entiam, & intellegentiam largitur, Re-
ctis dat ſucceſſum. Protegit probos. Ius
tuetur. Et iter ſanctorũ ſuorum cuſtodit.
Ita demum intelleges iuſtitiam, ius, re-
cta, & bonas uias omnes.

Si ſapientiæ ſtudium te tangit, & ſcien
tia placet tibi, cõſilium ſeruabit te, & in-
tellegentia cuſtodit te, eripietq; a mala
uia, & a uiro peruerſa loquente, & ab iis
qui regiam uiam relinquunt, & in tene-
bris am

bris ambulant, qui ſcelere & peruerſitate gaudent, quorũ peruerſæ uiæ ſunt, quos ipſorum uia arguit deſertores eſſe.

Eripiet item ſapientia te a muliere aliena, quæ ſe blandiciis uenditat, & relicto priſtino marito, pacti diuini obliuiſcitur. Nam ruinam minatur domus eius, & uia eius ad interitum ducit. Quotquot ad eã accedunt, pereunt. Propterea uiam bonam inſiſtito, & uiam iuſtorum obſerua. Recti in terra perdurabunt, & probi in ea ſuperſtites erunt. Impii e terra extirpabũtur, & funditus delebuntur quotquot contemnunt Deum.

In ſcortationem accrrime inuehitur, docetq; caueri non poſſe, niſi muniamur Verbo Dei.

CAPVT III.

Παραινέσεις.

FIli, ne capiat te obliuio legis meæ, & præcepta mea infige cordi tuo, prorogabunt enim uitam tibi, & pacem fœlicitatemq; adferent. Benigne & fideliter tecum agetur.

Verbũ adfert uitam, Deut. VIII. Itẽ xxx.

Suſpende hæc à collo tuo, & inſcribe tabulis cordis. Gratioſus enim coram Deo & hominibus futurus es, & fœlix prudentia tibi continget.

PRIMVM.

Δεκαλόγου ἐξήγησις

Fide Deo toto corde,
Et prudentiæ tuæ ne innitare.

II.

Quacunq; ingrederis, agnoſce eum,
Ita fiet, ut ipſe regat greſſus tuos.

III.

Ne fide tua ſapientia.
Time Deum, & recede à malo. Id umbilico tuo ſalubre eſt, & rigat corpus.

Agnoſce eſſe Dei dona, q̃ proueniunt, nã id ſignificatũ eſt ritu offerendarũ priniciarũ. Deut. xxvi.

IIII.

Honorem habe Deo de ſubſtantia tua, & de primiciis omnium prouentuum tuorum. Ita fiet, ut horrea tua impleantur ad ſatietatem uſq;, & torcularia muſto exundent.

Cõmẽdatio crucis.

V.

Caſtigationem Dei ne repudies, & ne ſtomacheris, cum corripuerit te. Quem

enim

enim diligit Deus, hunc caſtigat, eoq; ue lut pater filio delectatur.

Beatus eſt qui ſapientiam inuenit, & qui conſequitur intellegentiam. Melior eſt enim fructus eius, quàm argenti, & auro prouentus eius uberiores ſunt, præſtat gemmis, & precioſa omnia uincit, uitæ prorogatio eſt ad dextram eius, ad ſiniſtram diuitiæ & gloria, uia eius amabilis eſt & fœlix. Hæc lignum uitæ eſt, cuicunq; contigerit: & beatus eſt, quiſquis eam nactus fuerit. Deus ſapientia fundauit terram, & condidit cœlum intellegentia, & ſcientia eius abyſſi deriuantur, & nubes rorem pluunt.

Exclamatio, q. d. paucos eſſe qui ſentiant crucē utilem eſſe, proinde uocat beatos qui ita ſentiant.

Vitam, in ipſa etiam cruce promittit

Fili, huc defige oculos, ne ſucceſſum & conſilium amittas. Hæc uitam animæ ſuppeditant, & ori gratiam. Securus ambulabis in uia, nec pes impinget. Cum dormies non terreberis. Quoties ieris cubitum, ſuauiter dormies: nec metues ſubita mala, & impiorum tumultum. Deus enim tuebitur te, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiare.

De Charitate Præcepta.

VI.

Ne recuſa benefacere aliis, ſi a Deo ſup petit tibi unde largiri poſſis.

VII.

Ne dic proximo tuo, Abi, redi, cras dabitur, cum modo poſſis gratificari.

Id eſt, Bis dat, qui cito dat.

VIII.

Ne machinare proximo malum, qui abs te nihil metuit.

IX.

Ne litiga fruſtra cum homine qui te non læſit.

X.

Ne æmulare hominem iniuſtum, nec elige uiam eius. Quia abominatur Deus deſertorē, & familiariter uerſaẗ cū rectis.

Pſal. xxxvi.

Domui impii maledicit Deus, Sed habitaculis iuſtorum benedicit.

Subſannatores ſubſannat. Et humilium miſeretur.

Hæreditas ſapientum gloria. At ignominia, fatui exaltati.

Finis Capitis Tertii.

Caput

CAP. IIII.

AVdite filii paternam caſtigationẽ, & adiicite animum ad cognoſcendam intellegentiam. Doctrinam enim bonam uobis propono, legem meã ne relinquite. Fui & ego patris mei filius, & inter filios matris tenerrimus & unicus, docuit me & dixit.

Rurſus inſtituit adhortationem, ſubinde idem inculcans, & ſuo more rhetoricatur.

Si doctrinam meam amplexus fueris, & præcepta mea cuſtodieris, uiues. Compara ſapientiam, compara intellegentiam. Ne obliuiſcere, ne diſcede a ſermone meo. Seruabit te, ſi non deſerueris. Cuſtodiet te, ſi dilexeris.

Præ omnibus fructibus ſapiẽtum compara ſapientiam, & præter facultates tuas intellegentiam poſſide. Quod ſi eam magnifeceris, te uiciſſim exaltabit. Si fueris eam amplexus, uiciſſim te glorificabit, ornabit & coronabit.

Mundus fructus ſapiẽtiæ uitam, ſucceſſum &c. amat, ſapientiam non itẽ.

Audi fili, & ſermonem meum accipe, ut prorogetur tibi uita. In ſemitam ſapi-

entiæ, & in regiam uiam deducam te, ubi iter faciens non angeris, nec rues cum curres.

Perdura in caſtigatione, ne defatigeris, obſerua eam, uitam enim adfert tibi. In ſemita impiorum ne uerſare, nec incede in uia malorum, ſed deuita eam, nec per eam trãſeas, deflecte ab ea & præteri. Neq; enim dormire poſſunt, niſi malum aliquod facinus perpetrarint. Nec capiunt ſomnum, niſi ruinam fecerint. Victitant enim pane impie quæſito, & uinum bibũt iniuſte partum. Via iuſtorum ſicut lux inclareſcit, quæ ſubinde fit illuſtrior, ad medium uſq; diem. Via impiorũ ceu caligo eſt, neſciunt ubi ruant.

Fili, aduerte animum ad ſermoné meum, ad ſermonem meum inclina aures tuas, in hunc defige oculos, adhæra in corde tuo. Vitam enim adfert iis qui inuenerint eum, & eſt ſalubris omnibus. Summa cura cuſtodi cor tuum, inde eñ uita egreditur.

Depone peruerſos ſermones, & blaſphema

phema labra remoue abs te. Os

Ne paſſim uagentur oculi, ſed recta te præcurrant. Oculi

Recta incede, & uiæ tuæ rectæ ſint. Nec declina ad dextram aut ſiniſtram. Deflecte à malo. Inceſſus

Finis Capitis Quarti.

CAP. V.

Filli, animaduerte ſapientiam meam, aures accommoda prudentiæ, ut obſerues conſilia, & cuſtodias ſciētiam.

Stillans fauus eſt ſcorti os, & mollius eſt quàm oleum collum eius. Verum poſtrema amara ſunt uelut abſynthium, & acuta ceu gladius, pedes eius ad mortem deſcendunt, & ad inferos properant greſſus eius. Non recta incedit in uitæ ſemita, uagi ſunt greſſus eius, quos nec ipſa agnoſcit. De Scortatione

Proinde fili auſculta mihi, nec a ſermone meo diſcede, uiam eius procul

fugito, nec adcede ad fores ædium eius.

DE PRODIGALITATE.

Prodigalitas etiam uerbo Dei dānata.

Crudeles qui ſimulant amicitiam.

Ne des aliis facultates tuas, & annuos prouentus tuos ne effundas in crudeles, ne opibus tuis alieni diteſcant, & pecunia tua in alienas ædes transferatur. Tādem enim gemes, ubi uictum tuum conſumpſeris, ac dices, Cur odi caſtigationem, & increpationem ſubſannaui, nec magiſtris auſcultaui, nec aures præbui iis qui meliora docebant, pene obruerunt me omnia mala cum in conciliabulis hominum uerſarer.

DE VSV RERVM PROpriarum.

Ita adminiſtres rem fāmiliarem, ut & conſerues & cum alijs cōices, ut in Epheſijs Paulus docet.

Bibe aquam e tuis fontibus, & tui fontis riuulos bibe. Fontes tui foras deriuentur, & riui promanent in plateas. At tu dominus eſto horum ſolus, non alieni tecum, benedicentur enim fontes tui.

DE CONIVGIO.

Exhilaret te uxor, quam aduleſcens du

cis, ceu iucunda cerua, & uenuſtus hinnu lus. Illius te amor perpetuo exaturet, & amore eius ſemper fruere.

DE SCORTATIONE.

Cur ſeduceris fili mi a ſcorto, & alienam amplecteris mulierem? Non procul oculis Dei ſunt uiæ hominum, is omnes eorum ſemitas conſyderat. Sua ipſius improbitate impius capitur, & ſuis laqueis irretitur. Morietur cum non ſit caſtigatus, eritq; ei exitio ingens ſtulticia.

CAP. VI.

FIli, ſi pro altero ſpoponderis, obſtrinxiſti fidem tuā, irretitus es tuis uerbis, captus tuo ſermone. Proinde fac ut expedias te, poſteaquā in manus proximi incidiſti, uade, curre, inſta proximo tuo, ne concedas ſomnum oculis, neue obdormiant palpebræ. Euade uelut e manibus uenatoris caprea ſolet, aut auicula e manibus aucupis.

Spōdæ noxa præſto eſt, iubet aūt tum diffidere, tū res proprias conſeruare, iuxta regulā ij. Corinth. VIII.

De Labore.

Abi piger ad formicam, cuius contem plare morem, ut ſapiens fias. Illa tametſi nec principem, nec præfectum, nec ducē habeat, tamen æſtate cibum parat, & col ligit in meſſe alimentum. Quandiu pi-ger dormies? Ecquando à ſomno ſurges? paulum modo, inquis, dormitabo, pau lum modo ſomno uacabo, paulum modo conſeram manus, & componam me ad re cumbendū. At interea ceu uiator ueniet inopia, & obruet te paupertas, ceu latro.

DE CONTENTIONVM authoribus.

Nihili homo, uir iniquus ore peruerſo incedit. Fingit uultum ac inceſſum, digi tis geſticulatur, peruerſo corde, malum ſemper molitur, & contentionum auctor eſt. Proinde mox obruetur calamitate, cōtereturq́, neq; quiſquā ei mederi poterit.

Hæc ſex odit Deus, ſeptimum etiā pla-ne abominatur, Superbos oculos, Men-dacem linguam, Manus quæ innocentem ſangui

ſanguinem fundunt. Cor iniqua conſilia machinans, Pedes qui properant ad mala, Teſtem mendacem, Auctorem diſſenſionis inter fratres.

DE ADVLTERIO.

Fili, præcepta patris obſerua, & legem matris ne reiicias, alliga ea cordi tuo, & adnecte gutturi. Cum ambulaueris ducẽt te, cum dormies excubabunt ſuper te, & cum ſurges eloquere ea. Eſt enim præceptum, lucerna, & lex lumen, & uitam adfert increpatio & caſtigatio: Memineris præceptorum, ut cuſtodiant te à ſcelerata muliere, & à blanda lingua ſcorti. Ne pulchritudine eius inflammeris, neue capiant te oculi eius. Captat enim ſcortum fruſtum panis, adultera uitæ etiam inſidiatur.

Vt fieri nequit, quin adurat ueſtem, quiſquis ignem in ſinu fouerit: & pedes haud dubie læſerit, quiſquis ſupra carbones inceſſerit. Ita quiſquis ad alterius uxorem adceſſerit, quiſquis attigerit, feret infortunium.

Contagio mali.

A iudicio dei grauius quã fures multari mœchos.

Non eſt probro furi, cum eſuriens furatur, ut uitam ſuſtentet. Nam deprehenſus uel ſeptuplum, aut rem familiarem ſuam uniuerſam rependerit. At ſtulti cum mœchantur, uitam amittunt, plagam & dedecus auferunt, nec ignominiã unquam abolere poſſunt. Nam apud uirum, cum zelotypia uritur, non eſt ueniæ locus, ſicubi ulciſci datur: nec ignoſcet, ut maxime placare coneris, nec muneribus, quãuis multa offeras, flecti ſe patiť.

CAP. VII.

DE ADVLTERIO.

FIlli ſermonem meum ſerua, & præcepta mea manda memoriæ. Quod ſi ſeruaueris præcepta mea, & legẽ meam uelut oculorum pupillas, uita tibi cõtinget. Age ſuſpende ea a digitis tuis, inſcribe tabulis cordis tui. Complectere ſapientiam tanquam ſororem, & intelligentiam tanquam amicam, ut cuſtodiant te

ab alie

ab aliena muliere, a ſcorto quod blandi
ciis tibi inſidiatur. Equidem cum per fe-
neſtram ædium mearum per cãcellos pro
ſpicerem, uidi inter imperitos adoleſcen
tem ſtultum, crepuſculo tranſeuntem in
platea ad angiportum, non procul a ſcor
ti ædibus. Ecce ibi occurrit ei mulier me
retricio habitu, fraudulẽta, clamoſa, ma
le morata, cuius pedes domi nunquam
quieſcunt, & quæ inſidias ſtruere ſolet do-
mi, foris, in uicis omnibus. Hæc ample
xa iuuenem diſſuauiatur impudenter, &
inquit: Sacrum hodie feci, quare prodii
ut quærerem te, ac occurrerem tibi, be-
ne ceſſit, inueni te, lectum ornaui uarie,
& conſtraui ægyptiis tapetibus, frondib9,
myrrha, aloe & cynnamo. Ades, amori
indulgebimus in craſtinum uſq;, amore
nos exhilarabimus. Neq; enim domi ma
ritus eſt, ſed procul abiit, accepto ſecum
uiatico, nec certum eſt quando ſit reditu
rus.

Iuuenis multis illecebris & blandiciis
expugnatus ac perpulſus, ſequitur, & ceu

ad lanienam bos, ac uelut compedibus iniectis, quibus fatui uincti cohercentur, pergit, donec telo iecur ictum findatur, & perinde atq; auis ad laqueum properat ignorans ſe inſidiis excipi.

Proinde filii audite me, & animaduertite uerba mea: Ne expatietur ad uias eius cor tuū, neue ingrediare ſemitis eius. Multos enim ſauciauit ac ſtrauit, & omnes fortes iugulauit. Domus eius uiæ inferorum ſunt, illac ad mortem iter eſt.

Rurſus inſtituit adhortationē, ſubinde eadē ingeminans.

CAP. VIII.

προτρεπτικὸς λόγος.

NOnne ſapientia clamat, & intelligentia edit uocem, in ſummis uerticibus, in uia inter ſemitas ſtans, iuxta portas ciuitatis in foribus clamitat. Vos uoco uiri, uox mea ad filios Adam, intelligite imperiti aſtutiam, & fatui reſipiſcite. Audite, loquar enim conſpicua, & aperiam labia ut recta doceam. Quia uerita

Verbum Dei conſpicuū et ob oculos eſſe debet oīb. ut Deut. VI. mādatum eſt

ueritatem loquetur guttur meum, & abo minantur labia mea impium. Iuſti ſunt omnes ſermones oris mei. Non eſt in eis peruerſum ac ſubuerſio. Plani ſunt pru dentibus, & recti ſunt ſcientiam ſectanti bus. Accipite caſtigationem meā præ argento, & ſcientiam præ auro electo. Quia melior eſt ſapientia margaritis, & omnia iucunda non poſſunt ei conferri.

Ego ſapientia adiungo mihi aſtuciam & ſcientiam conſilii.

Timor Dei odiū eſt mali. Superbiā & arrogantiā, & uiā malā, & os peruerſū odi.

Penes me conſilium, & ſucceſſus eſt. Ego intellegentia ſum, penes me eſt po tentia. Per me reges regnāt, & principes conſtituūt iuſta. Per me domini dominā tur, & regnant omnes iudices terræ.

Ego diligentes me diligo, & quærentes me. Diuitiæ & gloria penes me. Opes duraturæ & iuſticia. Melior eſt fructus meus auro & obrizo, & prouentus meus argento electo. In uiam iuſtam duco, & in ſemitas iudicii, ut recte ditem dili-

gentes me, & theſauros eorum cumulem.
Dominus poſſedit me initio uiæ ſuæ, ante opera eius eram. Ab æterno ordinata ſum, ab initio ante terram. Nondũ abyſſi erant cum formarer, nondum fontes aquis redundabant. Priuſquam montes inuerſi ſunt aquis, & ante colles formata ſum. Nondum fecerat terram, & fines eius, & uertices puluerum orbis, cum cœlum erigeret, ibi ego eram. Cum circulum conſtitueret abyſſo, cum nubes deſuper firmaret. Cum fontes abyſſi conderet, cum poneret mari terminum, & aquis ne prætergrediantur locum ſuum. Cum conſtitueret fundamenta terræ, aderam, adiutabáq;, ſum in deliciis eius quotidie, ludo coram eo ſemper, Ludo in orbe terræ eius, & delecto filios hominis.

Verbi potentiam creatione probat

Nunc itaq; filii audite me, Beati qui uias meas obſeruant. Audite caſtigationem, & ſapite, & ne negligite, Beatus qui audit me, & aduigilat ad fores meas quotidie, ad obſeruanda limina ianuæ meæ. Vitam enim inuenit, quiſquis me inue-

nerit

nerit, & hauriet uoluptatem à Domino. Qui peccarit in me, iniurius eſt animæ ſuæ. Quiſquis odit me, mortem diligit.

CAP. IX.

SApientia ædificauit domum ſuam, dolauit innumeras columnas, mactauit uictimas, & fudit uinum, & inſtruxit menſam ſuam. Miſit puellas ſuas uocatum ad arcē excelſam ciuitatis. Imperiti huc declinent. Et ſtultis dixit, Venite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miſcui uobis.

Si reliqueritis imperitiam, uita continget uobis, & ingredimini in uiam intellegentiæ.

Qui caſtigat ſubſannatorem, ignominia adficietur. Et corripiens impiū, contaminabitur.

Ne corripe ſubſannatores, ne oderit te. Si corripueris ſapientem, diliget te. Da ſapienti, & ſapientior erit.

Si docueris iuſtum, cordatior erit.

Initium ſapientiæ timor Domini, & intellegentia eſt ſancta cognoſcere. Nã per me uita prorogatur, & augentur anni uitæ: Si ſapueris, tibi ſapuiſti, & ſi ſubſannaueris, tu feres.

Mulier fatua, clamoſa, blanda & ignara ſedet in foribus domus ſuæ, in ſella excelſa urbis, Vocat prætereũtes, & qui recta incedunt. Imperiti huc declinent. Et ſtultis ait, Aquæ furtiuæ dulces ſunt, & panis clandeſtinus iucundus eſt. Nec ſcit quod mortui ibi ſint, & in profundo inferno conuiuæ eius.

FINIS ADHORTATIONVM, quas Procœmii uice operi præpoſuit.

CAP. X.

Hic primum icipit texere Catalogum ſententiarũ.

I Sapiens filius patrem gaudio adficit, At ſtultus filius matrem adfligit.

II.

Non proſunt theſauri impio, *Promittit pijs bona*
Iuſticia uero liberat à morte.

III.

Non perdet Dominus fame aĩam iuſti, *Præcipit laborem.*
Improba conſilia impiorum perdet.

IIII.

Egeſtatem adfert manus ocioſa,
Sed manus ſedulorum ditat.

V.

Qui colligit in æſtate prudens eſt,
Qui dormit in meſſe confunditur.

VI.

Benedicitur capiti iuſti, *Promittit bona pijs.*
At ĩpios iniuria ab ipſis cõcepta obruet.

VII.

Memoriæ iuſti benedicetur,
Sed impiorum nomen ſordebit.

VIII.

Sapiens corde accipit præcepta,
At ſtultum os uapulabit.

IX.

Secure ambulat probus, *Non eſt pax impijs.*
Et qui uias ſuas peruertit, deprehẽdet

Ni caueris, hypocrita fallet te.

X.

Fingens uultum damnum dat,
Stultum os uapulabit.

XI.

Vena uitæ, os iuſti,
Os impiorum iniuria obruet,

XII.

Noris, non oderis.

Odium excitat contentiones,
Et omnia delicta tegit caritas.

Narrẽ ſol man mit kolbẽ lauſen.

XIII.

In labiis ſapientis inuenitur ſapientia,
Et uirga in tergo ſtulti.

XIIII.

Sapientes ſcientiam ſeruant,
Os ſtulti accerſit ſibi perniciem.

Gut machet mut. πλοῦτος ὕβριν.

XV.

Opes diuiti ſunt arcis uice,
Inopia uero pauperi animũ minuit.

Impiorũ cõſilia non ſuccedunt.

XVI.

Opus iuſti adfert uitam,
Prouentus impii peccatum.

XVII.

Crucem cõmendat.

Perferre caſtigationem, ad uitã cõducit
Et deſerens increpationem, errat.

XVIII.

Diſſimulant odium mendaces,
Stulti conuitium faciunt.

XIX.

Garrulus non uitat peccatum, — ἀχαλίνων
Prudens eſt qui labia ſua frenat. — στομάτων

XX. — τέλος δυ

Lingua iuſti eſt præcipuum argentum, — στυχία
Cor impium nihili eſt.

XXI.

Labia iuſti multos paſcunt,
At ſtultis exitio eſt ſtulticia.

XXII.

Benedictio domini diuites facit, — *Promittit bo*
citra moleſtiam. — *na pijs.*

XXIII.

Cum ſcelus perpetrat ſtultus ridet, — *Impij rident*
Id uero animaduertere ſapientia eſt. — *iudiciũ Dei.*

XXIIII.

Accident impiis quæ metuunt,
Iuſtis contingent quæ deſyderant.

XXV.

Impius ceu tempeſtas præterit,
At iuſti fundamentum perpetuũ eſt.

XXVI.

Plautus Fames et mora cient bilẽ in naribus.

Ceu acetũ dentes, & fumus oculos lædit
Sic piger eos qui miſerunt eũ cruciat.

XXVII.

Timor Domini prorogat uitam,
Et anni impiorum breues ſunt.

XXVIII.

Iuſtos læta manent,
Et ſpes impiorum perit.

XXIX.

Via Domini addit animum probis,
Frangit animos malis improbitas.

XXX.

Iuſtus perpetuo non euertetur,
Et impii non erũt ſuperſtites in terra.

XXXI.

Os iuſti propagabit ſcientiam,
At lingua peruerſa perit.

XXXI.

Labia iuſti meditantur bona,
Sed os impiorum peruerſa meditat.

F
I N I
S

CAP. XI.

I

Libram iniuſtam abominat̃ dominꝰ, At pondus iuſtum delectat eum.

II.

Superbiæ comes eſt contumelia, Sed apud modeſtos eſt ſapientia.

III.

Integritas rectorum deducit eos, Exitio eſt impiis deflectere à iure.

IIII.

Non proſunt diuitiæ in die iræ; At iuſticia liberat à morte.

V.

Iuſticia integri dirigit uiam eius; At in impietate ſua cadit impius.

VI.

Iuſticia rectos liberat, Et in ĩprobitate ſua capiunt̃ ſcelerati.

VII.

In morte hominis impii, perit ſpes, Et expectatio impiorum perditio.

Et cõtumelioſi ſunt ſuperbi, et uiciſſim cõtemnentur.

ἡ δὲ κακὴ βούλη τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

VIII.

Iuſtus eripitur ex aduerſitate,
At illic perit impius.

Altera manu lapidem, altera panem.

IX.

Ore ſimulator euertit proximum ſuum,
Sed iuſti deprehendunt ac liberantur

X.

Nec uiribus nec conſilijs noſtris, ſed benedictione diuina ſeruãda Reſp.

Cum florent iuſti, gaudet ciuitas,
Et in perditione impiorum lætatur.

XI.

Benedictione rectorũ fortunat̃ ciuitas,
At impiorum conſiliis euertitur.

XII.

Qui famam proximi lædit, ſtultus eſt,
At uir intellegens tegit probra.

XIII.

Suſurro reuelat arcanum,
At qui fideli animo eſt, rem tegit.

Vis nõ ſeruat Reſp. ſed cõſiliũ et πολιτεία, & quod ait multi conſultores.

XIIII.

Sine gubernatione corruit populus,
Salutem adferunt multi conſultores.

XV.

Male adfligit̃ qui ſpoponderit pro alio,
Et qui uitat ſtipulationes, ſecurus eſt

XVI.

Mulier quæ honorem tuet͂, gratioſa eſt, *Propertius. Ampla ſatis forma, pudicicia.*

Fortes ſunt, qui diuitias augent.

XVII.

Beneficus ſuum ipſius geniũ defraudat, *Veri amici officium.*

Crudelis propinquo dãnũ etiam dat.

XVIII.

Impius opus facit irritum,

At qui ſerit iuſta, mercedẽ perpetuam (conſequet͂.

XIX.

Iuſticia conducit ad uitam,

At qui ſequit͂ malitiã, mortẽ adcerſit.

XX.

Abominatur Dominus cor peruerſum;

Et placent ei probi.

XXI.

Mali utut ĩter ſeſe cõſpirarint, nõ elabũt͂

Semen iuſtum euadit.

XXII.

Mulier formoſa quæ immodeſta eſt, nõ diſſimilis eſt porco, narib⁹ aureũ torquẽ (gerenti. *Ampla ſatis forma &c.*

XXIII.

Deſyderium iuſtorum placet Deo,

Sed expectatiõi impiorũ ſuccẽſet de⁹.

XXIIII.

Liberalibus benedicit Deus.

Quidam largiuntur, & tamen diteſcunt,
Quidam parci, quanquam magnas opes habuerit, ſubinde paupiores fiũt

XXV.

Qui liberaliter benedicit, impiguatur,
Qui inebriat, inebriatur.

XXVI.

Facite uobis amicos de mammona.

Qui non communicat frumenta, ei maledicetur in populo.
At benedicetur uendenti.

XXVII.

Bona eueniunt bona conſectantibus,
Mala accidunt mala quærentibus.

XXVIII.

Qui confidit diuitiis ſuis, corruet,
Et iuſti ceu folium uirebunt.

XXIX.

Diſcordia ſummæ res dilabuntur

Qui perturbat domũ ſuã, uẽtos accerſit,
Et ſtultus ſapienti ſeruiet.

XXX.

Nihil melius clementia.

Fructus iuſti eſt lignum uitæ,
Et capit animas ſapiens.

Cũ iuſti adfligũtur, haud dubie nõ ignoſcetur ĩpijs

Cum iuſtus in terra perſoluat,
Quanto magis impius & peccator?

CAP. XII.

I.

QVi diligit caſtigationē prudētior e-
At q odit diciplinā, ſtultꝰ eſt. (rit,

Crucis commendatio

II.

Bonus haurit uoluptatem à Deo,
Sed uir ſceleſtus damnabitur.

Tāetſi corā mūdo patiatur, Deus tamē cōſolatur

III.

Impietas nulli prodeſt,
At iuſtorum radix non commouebit̃

IIII.

Mulier ſedula corona eſt uiri,
At illaudata mulier tabefacit oſſa.

Mulierē decet eſſe οἰκουρὸν & cuſtodem rei familiaris.

V.

Cogitationes iuſtorum iudicia ſunt,
Induſtria impiorum fraus eſt.

VI.

Verba impiorum inſidiantur ſanguini,
At os iuſtorum liberat.

VII.

Euertentur impii, & non erunt,
At iuſtorum domus durabit.

VIII.

Propter prudentiam ſuam laudabiť uir,
At iniquus pudefiet.

IX.

σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.

Homo abiectus qui ſuum officium facit
Præſtat glorioſo qui pane indiget.

X.

Nulla re abutitur iuſtus.

Agnoſcit iuſtus iumentorum ſuorū aĩas
At cor impiorum crudele eſt.

XI.

σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.

Qui agrum ſuum colit, ſatur erit panū,
At qui ſectatur ocium, ſtultus eſt.

XII.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ etc.

Exitiū uenanť impii, quidqđ deſyderãt,
At iuſtorum radix ferax eſt.

XIII.

Prauis labiis capitur malus,
Sed euadit ex aduerſitate iuſtus.

XIIII.

Ex fructu oris quiſq; ſaturatur bono,
Et retribueť homini iuxta opera ſua.

XV.

Via ſtulti recta eſt in oculis ſuis,
At ſapiens conſilium audit.

XVI.

Stultus ſtatim prodit iram ſuam,
 At diſſimulat iniuriam callidus.

XVII.

Veraces iuſticiam palam faciunt,
 Mendax teſtis fallit.

XVIII.

Plures necat lingua quàm gladius.

Temere loq perinde eſt ac gladio fodere
 At ſapientum lingua ſalubris eſt.

XIX.

Mendacē oportet memorem eſſe.

Verax labium firmum eſt ſemper,
 Et mox uariat mendax lingua.

XX.

ἡ δε κακὴ βούλη.

Qui machinantur mala, fruſtrantur,
Et gaudiū comitat᷑ eos q pacata cōſulūt

XXI.

Non accidet iuſto dolor,
 At impii obruentur malo.

XXII.

Abominatur Dominus mendacia labia
 At ueraces placent ei.

XXIII.

Metiri ſe quenq; ſuo modulo ac pede uerū eſt.

Non oſtentat homo callidus ſcientiam,
 At cor ſtultorum prædicat ſtulticiam

XXIIII.

Prædicatur labor ac diligentia.

Sedula manus dominabitur,
Ocioſa ſub tributo erit.

XXV.

Euangelio eriguntur conſcientiæ.

Sollicitudo animum cruciat,
Bonum uerbum exhilarat.

XXVI.

Succeſſus à Deo eſt.

Iuſtus fœlicior eſt proximo,
At uia impiorum eis exitio eſt.

XXVII.

Diligentiam præcipit.

Negociatio ocioſi non eſt fœlix,
At ſeduli diteſcunt.

XXVIII.

In ſemita iuſticiæ uita eſt,
Et in uia plana non eſt mors.

CAP. XIII.

I.

Filiꝰ ſapiẽs eruditionẽ paternã ſuſtiet,
At ſubſannator non audit increpationem.

II.

De fructu oris uir bonis adficietur,
Et anima contẽptoris malis adficietur.

III.

Qui cuſtodit os ſuum,cuſtodit uitã ſuam
At qui temere aperit labia ſua, terrebit̃.

IIII.

Cupit piger & eget,
Anima ſedulorum ſaginabitur. *Diligentiam præcipit.*

V.

Mendacium odit iuſtus,
At impius confundit & maledicit. *Impijs uoluptas eſt alienam famam lædere.*

VI.

Iuſticia ſeruat probos,
Et impietas deflectit ad peccandum.

VII.

Diuites quidã ſunt tãetſi nihil habeant, *Benedictio domini fortunat opes.*
Paupes alii ſunt,tametſi magnas opes (habeant.

VIII.

Redimitur uita diuitiis, *Gut macht mut.*
Et egenus non perfert increpationẽ.

IX.

Lux iuſtorum gaudium adfert. *Gloria iuſtorũ eſt fœlix.*
At lucerna impiorum extinguetur.

X.

Prorſus inter ſuperbos eſt contentio, *Cõſulti inter ſe cedũt,condonant ,ut pacẽ ſeruent*
Et apud conſultos ſapientia eſt.

XI.

Parſimonia magnum uectigal.

Opes prodigalitate minuuntur,
Et parſimonia augentur.

XII.

Etiã celeritas in deſyderio mora eſt.

Expectatio dilata cruciat,
Et lignũ uitæ eſt, ſi p̃ſto adſit quod cu(pis.

XIII.

Qui contemnit uerbum, male habebit,
Qui timet mandatum pace fruetur.

XIIII.

Inſtitutio ſapientis, fons uitæ eſt, ad ui tandos laqueos mortis.

XV.

Prudẽtia nõ eſt fœlix, niſi fortunet deus Sicut eſt cernere in Ahitophel, Demoſthene, Cice.

Fœlix prudentia iucunda eſt,
At uia contemnentium aſpera eſt.

XVI.

Omnia facit callidus cum iudicio,
Fatuus ſtultitiam prodit.

XVII.

Temere pergunt fatui, iuxta parœmiã germ. der haſpel muß in ſack.

Nuncius impius coniiciet in mala,
Legatus uerax ſalubris eſt.

XVIII.

Egeſtas & ignominia penes eum eſt, qui caſtigationem negligit,

At qui

At qui obſeruat increpationes, honore adficietur.

XIX.

Præſens uoluptas delectat animum; *Oderunt cru cem impij.*

Et abominanť fatui declinantē à malo

XX. *Talis unus a quiſq; qualiū utitur con uetudine*

Qui cū ſapientibus uerſatur, ſapiēs erit;

At ſtultorum ſocius male habebit.

XXI.

Peccatoribus mala impendent,

Et iuſtis reddetur bonum.

XXII.

Boni hæredes relinquent filios filiorum; *Pſal. xxxvi.*

Et reponuntur iuſtis opes peccatorū.

XXIII.

Multum eſcæ eſt in ſulcis pauperum; *Benedictio dei fortunat.*

At alii iniuriis parant opes.

XXIIII.

Qui abſtinet uirgam, odit filium ſuum; *Pædagogiā præcipit*

Qui uero amat eū, quærit ut erudiať.

XXV.

Iuſtus comedit, & fit ſatur; *ὁ παρὸν εὖ τίθεσθαι*

Venter impiorum eget.

CAP. XIIII.

I.

SApiens mulier ædificat domum ſuã,
Stulta uero euertet eam.

II.

Qui timet Deum, recte ambulat,
Qui contemnit eũ, e uia eius diſcedit.

III.

In ore ſtulti ſuperba eſt uirga,
Et labia ſapientum obſeruant.
Autoritatẽ ſibi arrogãt ſtulti, ut in Pontificũ Decretis adparet

IIII.

Labor præcipitur. Vbi non ſunt boues, præſepe uacuũ eſt,
Sed multi prouẽt⁹ obueniũt per robuſtũ (boué.

V.

Contemnũt iudiciũ Dei. Teſtis uerax non mentitur,
Mendaces confidenter mentiuntur.

VI.

Subsãnatores contẽnũt ſapientiã Dei, ideo demẽtãtur, Eſa. 28 Quærit ſubsãnator ſapiẽtiã, & nõ iuenit,
Et ſcientia cordato facilis eſt.

VII.

Si incideris in ſtultũ, nõ dephẽdes labia ſcientiæ. *Id eſt, Imperito nunq̃ quidq̃ iniuſtius*

VIII.

Sapientia callidi eſt uiã ſuam obſeruare, *Domi ſapiendũ, non foris*
At ſtultitia fatuos fallit.

IX.

Stultus ſubſannat delictum,
Et recti placent.

X.

Dum cor angitur, non capitur ſolatiis *Perturbato cordi nihil eſt iucundũ.*
quæ extrinſecus adhibentur.

XI.

Domus impiorum euertetur,
Sed tabernacula rectorum florebunt.

XII.

Plæriſq; uidetur uia recta, cuius exitus *Fallitur caro ſua iuſticia et ſapientia*
eſt uia mortis.

XIII.

Etiam in riſu dolet cor, *Humana ſolatia pereunt.*
Et finis riſus eſt calamitas.

XIIII.

Dabunt pœnas reprobi,
Et conculcabunt eos probi.

XV.

Imperitus credit omnia, *Præcipit ut malos doctores uitemus.*
At callidus animaduertit greſſus ſuos

Qui nõ mo derabitur iræ infectũ uolet eſſe dolor quod ſuaſerit

Sapiens timet & diſcedit à malo,
At ſtultus pergit confidenter.

XVII.

Impatiens iræ deſignat ſtulticiam,
At cautus odit ſtulticiam.

XVIII.

Imperito nuſquã quidquã iniuſtius.

Penes imperitos ſtulticia eſt,
Sed callidi coronantur ſcientia.

XIX.

Iuſti imperabũt ĩpijs, iudicabũt ĩpios, tãetſi aliquã tiſper opprimantur.

Curuabuntur mali in cõſpectu bonorũ,
Et impii ad portas iuſtorum erunt.

XX.

Etiam proximo odio eſt pauper,
Et multi ſunt diuitum amici.
Donec eris fœlix multos numerabis amicos.

Contemnit proximum ſuum peccator,
Et beatus erit qui miſeret calamitoſi.

XXII.

Pollicetur bona pijs.

Nonne fruſtrãtur qui machinant malũ?
At benigne & fideliter aget cũ bonis.

XXIII.

Laborem præcipit.

Labor abundantiam adfert,
Vbi uerbis res geritur, inopia eſt.
Vil geſchreiß vuenig vuollen. Hypocritæ magna de ſe pollicentur.

XXIIII.

Diuitiæ ſunt ornamento ſapientibus,
Stultis nihil niſi ſtulticia eſt.

Stultitiā patiuntur opes

XXV.

Verax teſtis liberat animas,
Et mendax decipit.

Vere iudicare ſaluti rebus publ.

XXVI.

Timor Dei tutum munimentum eſt,
Et timentes Deum bene habebunt.

Pijs bona promittit

XXVII.

Timor Dei fons uitæ, ad uitandos laqueos mortis.

XXVIII.

Frequentia populi regem decorat,
Et formidat qui paucis eſt ſtipatus.

Ornamento eſt principi concordia populi.

XXIX.

Patiens multa intelligit,
Iracundus prodit ſtulticiam.

XXX.

Hilaris animus uita eſt.
Et tabefacit oſſa inuidia.

Inuidus alterius animus rebus marceſcit opimis

XXXI.

Qui pauperem calumniatur, conuicium facit eius factori.

Deus auctor paupertatis

Et honorat Deũ quiſquis miſeret̃ paupis

XXXII.

Succumbit in calamitate impius,
Et ſperat etiam in morte iuſtus.

XXXIII.

In animo cordati uerſatur ſapientia,
Et inter ſtultos innoteſcet.

Tandem fit ut ſtulti conuincantur, ſicut Iudæi re ſurrectione Chriſti conuicti ſunt.

XXXIIII.

Iuſticia exaltat gentem,
ἢλέ κακὴ βούλη &c. Perdit populum peccatum.

XXXV.

Placet regi ſeruus prudens,
Et ſuccenſet turpi.

CAP. XV.

I.

Comitate uin cendi moroſi MOllis reſponſio mitigat iram,
Sermo aſper prouocat iram.

II.

Lingua ſapientis facit adceptã ſcientiã,
Os ſtulti effutit ſtulticiam.

III.

In omni loco oculi Dei contemplantur bonos & malos. *Et in ſecũdis & in aduerſis rebus, ſpectanda Dei uoluntas.*

IIII.

Salubris lingua lignum uitæ eſt,
Et fallax lingua perturbat animum.
Plus necat lingua q̃ gladius.

V.

Stultus calumniatᷣ paternã caſtigationẽ, *Stulti ſũt qui corripi nolũt.*
At obſeruans increpatiões callidior fit.

VI.

In domo iuſti theſauri multi ſunt,
At prouentus impii perditio eſt.

VII.

Labia ſapientium ſerunt ſcientiam,
Non autem cor ſtultorum.

VIII.

Sacrificia impiorum abominatᷣ domin⁹ *Hypocritarũ ſacrificia damnat, Vt Pſal. xlix.*
Et oratio rectorum placet ei.

IX.

Abominatio eſt domino uia impii,
Et ſectantem iuſticiam diligit.

X.

Eruditio mala eſt ſemitam deſerere,
Et qui odit increpationes, moritur.

Cum infernus & perditio Deo pateant,
Quantomagis corda hoim ei patent?

Non ferunt impij castigationem.

XII.

Non diligit ſubſannator corripienté ſe,
ad ſapientes non adcedit.

XIII.

Lætus animus exhilarat uultum;
Et in mœrore cordis ſpiritus debilitať.

Perſonæ iponunt nobis, et auctoritate magnorum ſæpe impie mouemur.

XIIII.

Cor intellegens quærit ſcientiam,
Facies ſtultorum ſtulticiam paſcit.

XV.

Miſera eſt uita adflictorum,
Et hilare cor conuiuium perpetuũ eſt

Si cõſcientia ſit mala, nihil recte ſuccedit, ut Saul.

Moleſtia mala cõſcĩetia, q̃ facit ut nihil recte ſuccedit

XVI.

Melius eſt modicum cum timore Dei,
Quàm theſaurus ingens cũ moleſtia

XVII.

Præſtat pauxillũ oluſculi citra moleſtiã;
Quàm ſaginatus taurus cũ moleſtia.

Vincũtur mã ſuetudine iracundi.

XVIII.

Vir iracundus excitat contentionem,
At patiens ſedat contentionem.

XIX.

Via pigri obſita ſentibus eſt,
At ſemita bonorum plana eſt.

Dānantur hi qui nō faciūt officiū ſuum

XX.

Filius ſapiens exhilarat patrem,
At ſtulti pudet matrem.

XXI.

Stulticia fatuo uoluptas eſt,
Cordatus homo dirigit uiam ſuam.

Caro probat ſua conſilia

XXII.

Fruſtrantur cogitationes, in quibus non eſt conſilium,
Et multitudine conſiliariorū firmæ erūt

Infœlix temeritas.

XXIII.

Appoſite reſpondere, uoluptatē adfert,
Et ſermo oportunus optimus eſt.

In tēpore doceri, moneri, ſaluberrimū eſt.

XXIIII.

Semita uitæ ſurſum fert,
Vt doceat uitare infernum deorſum (ſitum.

Ad Coloſſ.iij Quæ ſurſum ſunt quærite

XXV.

Domum ſuperborum diruit Deus,
Et erigit limitem uiduæ.

Superbis reſiſtit Deus.

XXVI.

Abominatur Deus conſilia praua,

Mundorum conſilia probat.

XXVII.

Perturbat domum ſuam auarus,

ἤδη κακὴ βούλη &c. Et qui odit munera uiuet.

XXVIII.

Cor iuſti meditatur quid reſpondeat,

Os impiorum temere effutit praua.

XXIX.

Procul eſt Dominus ab impiis,

Et preces iuſtorum exaudit.

XXX.

Euangelium uitã adfert. Serenus uultus exhilarat cor,

Fama bona ſaginat oſſa.

XXXI.

Sapientes ferũt caſtigantem. Auris audiens increpationem uiuificam inter ſapientes morabitur.

XXXII.

Qui negligit caſtigationem, adſpernatur uitam ſuam,

Audiens increpationem ſapiens erit.

XXXIII.

Docet quid uocet ſapientiã, nõ hũana cõſilia, ſed timorem Dei. Timor Dei eſt caſtigatio qua ſapiẽtiam conſequimur,

Et gloriam præcedit deiectio.

CAP. XVI.

I.

HOmo inſtituit in animo,
Verũ à domino ſermo lĩguæ eſt

Deus facit oĩa iuxta conſilia uoluntatis ſuæ, Ad Epheſios.

II.

Hominibus ſuæ uiæ mundæ uidentur.
At Deus impellit ſpiritus.

III.

Si commiſeris Domino opera tua,
conſilia tua fortunabuntur.

Pſal. xxxvi.

IIII.

Omnia facit Dominus propter ſe,
Etiam impium ad diem malum.

V.

Abominatur Dominus omnes ſuperbos
Non elabentur utut inter ſe conſpirent

VI.

Benignitate & fide expiatur iniquitas,
& in timore Domini declinatur à malo.

Hypocriſis, humanæ ſatisfactiones non placant Deum, ſed uerum cor.

VIII.

Cum placent Domino uiæ hominis,
Etiam inimicos eius reconciliat ei

Male partũ, male diſperit.

VIII.

Melius eſt parum cum iuſticia,
Quam magni reditus male parti.

IX.

Cor hominis deliberat de uia ſua,
Dominus uero promouet greſſus ſuos.

Reges oportuit diuinare hoc eſt iudicare πνευματικῶς.

X.

Diuinant labia regis,
Nec fallitur in iudicio os eius.

XI.

Libra & ſtatera iudicium Domini ſunt,
Et ipſe author eſt ponderum.

Publicũ ius, dei opus eſt.

XII.

Abominentur reges impietatem,
Nam iuſticia thronum fortunat.

XIII.

Placent regibus labia iuſta,
Et ueraces diliguntur.

Metui uult maieſtatem publicorum magiſtratuũ.

XIIII.

Indignatio regis nunciũ eſt mortiferũ,
At uir ſapiens placabit.

XV.

Serenus uultus regis uita eſt,
Et beneuolẽtia ei9 uelut pluuia ſerotina.

XVI.

Satius eſt ſapientiam cōparare q̃ aurum
Sati⁹ eſt intellegentiā comparare quam
argentum.

XVII.

Greſſus rectorum diſcedunt a malo,
Cuſtodit uitā ſuā, qui uiā ſuā cuſtodit

XVIII.

Præit deiectioni ſuperbia,
Et anteit ruinam ſuperbia animi.

XIX.

Melius eſt deiici animo cū calamitoſis,
Quā regnare & locupletari cū ſupbis.

XX.

Prudenter tractans rem, reperiet bona,
Qui confidit Deo, beatus eſt.

XXI.

Sapiens ſapientē conſulit, & ſuauitas ſer
monis cōmendatiorē facit doctrinā.

XXII.

Prudentia uena uitæ eſt,
At caſtigatio ſtultorum, ſtulticia eſt.

Stulti non mutant in melius, etiam ſi quid mu tarint, ut in Saul & Achas adparet.

Tolluntur in altū, ut lapſu grauiore ruant.

Crucis preconium.

Prudētia eſt deo fidere.

Hūana prudentia non eſt fœlix.

Sapientes inter ſe cōſulūt. Φιλαυτία. ſua conſilia placent.

XXIII.

Sapientes meditati loquuntur. Cor ſapientis, os docet, & doctrinam
commendant labia eius.

XXIIII.

Fauus mellis eſt ſermo iucundus,
Dulcedo animæ & medela oſſium eſt.

Fallimur noſtra ſapiētia & iuſticia XXV.

Eſt uia quæ recta uidetur oculis hominis
cuius exitus eſt uia mortis.

XXVI.

ἀχαλίνων στομάτων τέλος δυστυχία Dat pœnas ſtultiloquentiæ os futile.

XXVII.

Homo nihili ſibi malum adcerſit,
In labiis eius eſt ignis comburens.

XXVIII.

Homo peruerſus excitat contentionem
Et delator ſæpe inter pricipes diſſidiū cō (citat

XXIX.

Fallunt ſucati amici. Homo uiolentus lactat amicum ſuum,
Et ducit per uiam malam.

XXX.

Qui uultum fingit machinatur malum,
Qui labra cōponit, mala perpetrabit

XXXI.

Honeſta corona ſenectus, *Senectus ueneranda eſt. Leuit. xix.*
Si in uia iuſticiæ reperietur.
XXXII.
Præſtantior eſt patiens q̃ uir fortis, præſtantior item eſt, qui animo ſuo dominatur, q̃ qui urbes capit.
Sæpe uincas patientia, quẽ non uiceris impetu.
XXXIII.
In ſinum deiiciuntur ſortes,
At a Deo iudicium earum proficiſcit. *Deus regit omnia.*

CAP. XVII.

I.
MElius eſt ſiccum fruſtum cum trã quillitate, quàm domus plena mactatis pecoribus cũ cõtentiõe.
II.
Seruus prudens dominabitur filio turpi
Et inter fratres diuidet hæreditatem.
III.
Vt argentum excoquitur, & in fornace probatur aurum,
Ita Dominus corda probat.

IIII.

Malus auſcultat improbo ſermoni,
Mendax obſequit̃ pernicioſæ linguæ.

V.

Deus paupertatis auctor.

Qui ridet pauperem, conuitium facit factori eius,
Et cui calamitas alterius uoluptati eſt, non feret impune.

VI.

Corona ſenum filii filiorum ſunt,
Et decus filiorum patres eorum.

Iactantia damnatur.

VII.

Non decet ſtultum ſuperbus ſermo,
Nec regem decet mendax labium

VIII.

Bella gemma eſt donum,
Quorſum ſe uerterit dominus eius

Munera crede mihi placant hominesq; deosq;.

Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus.

IX.

Qui celat alienum delictum, facit ut ametur,
At qui palam facit rem, inter principes diſſidium concitat.

X.

Obiurgatio magis terret cordatum,
quàm centum plagæ fatuum.

Ne plagis quidem impij emendantur, *Eſa. ix.*

XI.

Contentioſus machinatur malum,
Et in crudelem nuncium incidet.

Vindictam prohibet

XII.

Satius eſt occurrere urſæ orbæ,
Quàm ſtulto in ſtulticia ſua.

Nihil intractabilius inſipiente fortunato.

XIII.

Si rependas malum pro bono,
non diſcedet malum à domo tua.

Damnat ingratos

XIIII.

Litis initium perinde eſt, ac ſicubi alue-
uum ruperit aqua,
Et ex maledictis lis late ſpargetur.

Lis litem ſerit

XV.

Abominatur Deus tum eum qui iuſtifi-
cat impium, tum eũ qui dãnat iuſtũ.

XVI.

Quid prodeſt precium ſtulto,
cum ad emẽdã ſapientiã cor nõ hẽat?

XVII.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Semper diligunt amici, & in aduerſitate frater agnoſcitur.

XVIII.

Qui ſtipulatur ac ſpondet pro proximo, ſtultus eſt.

XIX.

Superbi contētioſi et uindictæ cupidi ſunt

Diligit peccatum qui diligit cōtentiōes, & ruent qui ſuperba moliuntur.

XX.

Peruerſus corde non inueniet bonum,
Et peruerſus lingua incidet in mala.

XXI.

Adcerſit ſtultus adflictionem ſibi,
Et non gaudebit ſtulti pater.

XXII.

Bonæ conſcientiæ preconium.

Cor lætum exhilarat uitam;
At triſticia animi arefacit oſſa.

XXIII.

Munus e ſinu impius accipit,
ut deprauet ſemitas iudicii.

XXIIII.

Impij imoderata cupiunt

Coram cordato eſt ſapientia,
At oculi ſtultorum paſſim uagantur.

XXV.

Patrem ac matrem dolore adficit fi-
lius ſtultus.

XXVI.

Malum eſt damnum iuſto dare, *Magiſtratus religioſe coli præcipit.*
aut principé iuſta iudicanté percutere

XXVII.

Qui parce loquitur ſapit,
Nec eſt futilis ſpiritus hoī cordato. *Damnatur garrulitas*

XXVIII.

Vel ſtultus ſi taceret ſapiés reputaretur,
& uideretur ſapere ſi clauderet labia.

CAP. XVIII.

I.

Cui uoluptas eſt diſſenſioné cōcitare, *Moroſi nihil candide interpretantur*
is captat ubiq; rixandi occaſionem.

II.

Non libet ſtulto intelligere, *Suum cuiq; pulchrum*
ſed tractare ea quibus ipſe capitur.

III.

Cum uenit impietas, uenit etiam con-
temptus, & dedecus ac contumelia.

Spiritualis indicat oĩa

IIII.

Verba uiri, uelut profundæ aquæ ſunt;
Et fons ſapientiæ uelut uberrimũ flumẽ.

V.

Perſonam impii præferre non eſt bonũ,
ut iuſtum à iudicio abducas.

Stulti contentionum autores

VI.

Labia ſtulti rixantur;
Et os eius pugnam prouocat.

ἀχαλίνων ςομάτων ϛc.

VII.

Os ſtulti ſibi exitio eſt,
Et labia eius laqueus animæ eius.

Plures necat lingua q̃ gladius

VIII.

Verba delatoris uerbera ſunt,
& penetrant uentrem.

IX.

Ceſſare perinde eſt ac diſſipare rem.
Non minor eſt uirtus, q̃ quærere parta tueri.

X.

Arx munita nomen Domini,
ad eam curret iuſtus, & defendetur.
Nomine Domini defendimur, nõ noſtris uiribus.

πλοῦτος ὕβριν

XI.

Opes diuitis ſunt ei urbis munitæ & muri loco.

XII.

Ante ruinam eleuatur cor humanum,
Et anteit gloriam deiectio.

Tolluntur in altũ, ut lapſu grauiore ruant

XIII.

Qui reſpondet priuſquam audierit,
ſtultus eſt & confunditur.
Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

XIIII.

Hilaris animus finit ægritudinem,
Et ſpiritum triſtem quis feret?
Nulla res humana mederi põt malæ conſcientiæ.

XV.

Cordati probe iudicant,
Et auris ſapientum quærit ſcientiam

Non pronũciant pij temere

XVI.

Munus hominis facit ei uiam,
Et in conſpectum potentiũ perducit.

XVII.

Iuſtus primum adcuſat ſeſe,
& uenienti proximo patet.

Contra hypocritæ alios docent, ſe nõ docẽt, Ro. ij

XVIII.

Contendentes ſors componit,
& inter fratres diiudicat.

XIX.

Concordia paruæ res creſcunt. Præſtat habere coniunctum fratrem,
quàm urbem munitam,
Et litigantes ſicut repagulum pallacii.

XX.

De fructu oris uir ſaturatur,
De prouentu labiorum uēter ſaturať.

XXI.

Mors & uita in linguæ poteſtate ſunt,
& qui curant linguā comedēt fruct⁹ ei⁹.

XXII.

Inueniens uxorem, inuenit bonum,
& hauriet uoluptatem a domino:
Laus Coniugij. A domino, inquit, bonum hauriet, quia id uitæ genus multas adflictiōes adfert.

XXIII.

Placidē loquitur egenus,
Diues dure reſpondet.

XXIIII.

Comitas amicos parit Vir comis amicos ſibi adiungit,
Et amicus adhæret firmius fratre.

CAP. XIX.

I.

MEli⁹ eſt egeno q̄ probe ambulat,
q̄ ſtulto qui praua labia habet.

II.

Vbi non eſt ſcientia, male habet homo, *Inconſulti facile ruunt*
Et qui uelox eſt pedibus impinget.

III.

Stultitia hominis euertit eum, *Tales ſunt q̄ non perſcrũt crucem. Numer. xiiij.*
& cor eius Deo indignatur.

IIII.

Diuitiæ augent amicos,
& pauper ab amicis etiam deſeritur.
Vulgus amicicias utilitate probat.

V.

Mendax teſtis non erit impunitus,
& quiſquis mendacia dicit, nõ euadet

VI.

Multi fidunt perſona principis, *Vulgus amicicias utilitate probat*
Et nemo non eſt amicus eius, qui
munera dat.

VII.

Omnes fratres pauperis oderint eum,
& propinqui eius procul diſcedũt ab eo.

VIII.

Qui uerba ſpectat fallitur,

Qui ſapit bene habebit, & prudentes inuenient bonum.

IX.

Teſtis mendax non erit impunitus, Et loquens mendacia peribit.

X.

Secundæ res ſtultos, id eſt incautos dementant & perdunt

Non decent ſtultum deliciæ; Tantum abeſt ut deceat dominari principibus, ſeruum.

XI.

Patientes ſapiunt, & delictum diſſimulare glorioſum eſt.

XII.

Metui uult magiſtratus

Ceu fremitus leonis, ſic regis eſt indignatio. Et beneuolentia eius eſt perinde ut ros ſuper herbam.

XIII.

Calamitas patri eſt ſtultus filius, Et mulier moroſa eſt adſiduũ ſtillicidiũ.

XIIII.

Dei donum prudẽs uxor nõ deligitur noſtro iudicio

Domus & diuitiæ hæreditate obueniunt à parentibus, A Domino autem prudens uxor.

XV.

Pigricia ſoporem parit,
Et ocioſus fame peribit.

XVI.

Seruans mandatum, ſeruat animam,
Qui uias ſuas negligit, morietur.

XVII.

Fœnerat Domino qui miſeretur egeni, *Largiri pauperibus*
& retribuetur ei.

XVIII.

Caſtiga filium tuum, dum ſpes eſt fore *Ne ceſſa caſtigare, tametſi non ſtatim ſuccedit res*
ut corrigatur,
Nec commoueare ut occidas eum.

XIX.

Magna enim ira detrimentum adfert,
niſi coherceatur. Dimitte eum, ut
& deinceps corripias.

XX.

Audi conſilium, & admitte caſtigatio-
nem, ut & deinceps ſapias.

XXI.

Multæ cogitationes in corde hoīs ſunt, *Eueniūt, nō q̃ nos inſtituimus, ſed q̃ deus decreuit*
Conſilium autem Domini ſtabile eſt

XXII.

Decora eſt homini beneficentia eius,

Largiri pauperibus & melior eſt pauper, q̃ uir mendax.

XXIII.

Timor domini uitam adfert, & exaturabit & habitabit ſine uiſitatione mala.

Timor domini etiã in cruce uitã adfert

XXIIII.

Abſcondit piger manus in ſinum,

Ne ad os quidem admouet.

XXV.

Si ſubſannator mulctatus fuerit,

Imperitus erit callidior.

XXVI.

Deus punit impios, ut erudiat pios, ut adparet in ægyptijs & iſraelitis.

Si intellegentem argueris, cautior erit,

XXVII.

Qui uexat patrem & fugat matrem,

turpis eſt & probro dignus.

XXVIII.

Cauenda doctrina impia,

Ceſſa audire fili eruditionem,

à uerbis ſcientiæ ſeducentem.

XXIX.

Nihili teſtis ridet iudicium,

& os impiorum deuorat iniquitatẽ.

XXX.

Impijs minatur

Parata ſunt deriſoribus iudicia,

& plagæ tergo ſtultorum.

CA. XX.

I.

SVbſannatores facit uinum, & tumultus parit ebrietas, *Damnat ebrietatem*

Quiſquis illa delectatur, non erit ſapiēs.

II.

Terror regis eſt, perinde ut rugitus leōis, *Docet metuēdos eſſe magiſtratus.*

Qui offendit, peccat anima eius.

III.

Gloria hominis eſt deſiſtere a lite, *Deſiſtendum à lite.*

& omnes ſtulti conuiciabuntur.

IIII.

Propter frigus piger non arat, & mendicabit in meſſe, & nihil impetrabit.

V.

Velut aqua profunda eſt conſilium in corde uiri, *Spiritualis oīa iudicat.*

At uir intellegens exhauriet.

VI.

Plærīq; benefici uocantur, *Nuſquam tuta fides.*

Fidelem autem quis inueniet?

VII

Beati filii ſunt iuſti probe ambulantis.

VIII.

Oculus domini multũ prodeſt in rebus oib. gerẽdis

Rex ſedens in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuendo.

IX.

Quis dicet purum eſt cor meum? Mundus ſum a peccato?

X.

Vetat uiolare ius publicũ

Variare pondera, uariare menſuram; Abominabile apud Deum eſt.

XI.

Studia mentẽ indicant

Ex ſtudiis ſuis cognoſcitur puer, munda ne & recta ſint eius facta.

XII.

Non ſapimus nõ præuidemus, ne admoniti quidẽ niſi deus excitet nos

Vt auris audiat, ut oculus uideat, Dominus facit.

XIII.

Ne dilige ſomnum, ne opprimaris egeſtate, Si aperueris oculos, ſaturabere pane.

XIIII.

Malum eſt, malum eſt, dicunt cũ tenẽt At cum amiſerint, laudant.

Præſentia faſtidiuntur. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

XV.

Magnifiunt aurum & gemmæ,
Sed precioſius uas labia ſcientiæ ſunt.

XVI.

Eripe ueſtimentũ ei qui pro altero ſpondet, & pignus ab eo accipe,
Cũ ille alienus ſit, pro quo ſe obſtrinxit

Spondæ noxa præſto eſt

XVII.

Dulcis eſt homini panis fraude partus,
Poſtea uero os eius arena replebit.

Impietas arridet, ſed perdit

XVIII.

Conſilio propoſitum fortunatur,
Et conſiliis geretur bellum.

Damnatur temeritas

XIX.

Ne coniunge te cum ſuſurrone,
qui arcana reuelat, & blandiciis fallit.

Non audiendos eſſe delatores

XX.

Qui maledicit patri aut matri,
extinguet lumen eius in mediis tenebris

XXI.

Hæreditas præpropera principio,
poſtea non benedicetur.

Periculoſum eſt, ſi res ſine cruce ſuccedit, ideo felicius eſt regnum Dauidis q̃ Sauli.

Vindictam prohibet

XXII.

Ne dic reddam malum, ſed expecta do minum, is ſaluabit te.

XXIII.

Abominabile eſt domio uariare pōdera Et ſtatera fallax non eſt bona.

Diuinitus oia reguntur

XXIIII.

Omnium greſſus à Deo ſunt, & quis homo intelligit uiam ſuam?

Impietas non expiatur hy pocriſi.

XXV.

Laqueus eſt ſancta contumelia adficere, & poſtea uota facere,

Sapiens magi ſtratus cauet impia cōſilia

XXVI.

Diſſipat impios rex ſapiens, & uertit aduerſus eos rotam.

XXVII.

Exhilarari à Deo uita eſt hominis, & penetrat totum corpus.

Quē metuūt, oderunt.

XXVIII.

Beneficentia & ueritas cuſtodiunt regē, & fulcitur thronus eius beneficentia.

XXIX.

Corona iuuenum eſt robur eorum, & decus ſenum eſt canicies.

XXX.

Vulnera ac plagæ medentur malis.

Deus emẽdat nos cruce

CAP. XXI.

I.

COr regis in manu Dei eſt, ſicut flu
mina aquarũ, quorſum uolet, icli
II. (nabit

Sua cuiq; uia placet,
Dominus uero corda impellit.

III. *Pſal. xlix.*

Facere iuſticiam & iudicium
melius eſt apud Deum q̃ uictimæ.

IIII.

Sublimes oculi & ſuperbum cor,
Impiorum fœlicitas peccatum eſt.
Tolluntur in altum, ut lapſu grauiore ruant.

V.

Cõſilia ſeduli plane abundantiã pariũt, *αὐτῶν βραδίως*
Præcipites autem egebunt.

VI.

Qui colligit theſauros lingua mendaci,
fruſtrabitur, & periclitabitur de uita.

VII.

Rapinæ impiorum erunt eis exitio,
quia noluerunt iuri obſequi.

VIII.

Improbi opera peruerſa ſunt,
At mundorum recta.

IX.

Satius eſt in augulo tecti habitare,
Quàm cum muliere moroſa in domo ampla.

X.

Impij uel cũ alieno incommodo ſibi uolũt conſultũ, ſicut tyranni

Anima impii deſyderat malum,
& faſtidit proximum ſuum.

XI.

Dum multatur ſubſannator, imperitus commonefit;
Et ſapientes ſcientiam accipiunt.
Deus punit impios, ut pios commonefaciat.

XII.

Erudit iuſtus domum impii,
Sed deflectunt impii ad mala.

XIII.

Miſereri pauperum præcipit

Qui obſtruit aurem pauperũ clamori,
clamabit ipſe uiciſſim, nec exaudiet.

XIIII.

Donum clandeſtinum placat iram,
& munus in ſinu uehementem iram.

XV.

Gaudium eſt iuſto facere iudicium,
exitium, facere iniquitatem.

XVI.

Qui aberrat à uia prudentiæ,
inter mortuos erit.

XVII.

Redigitur ad inopiã qui amat gaudia, *Parſimonia magnum uectigal*
Et quiſquis amat uinum & piguedi-
nem, non diteſcet.

XVIII.

Impii plectuntur pro iuſtis,
& pro rectis contemptores.

Impij tametſi exitium machinentur iuſtis, tamen ſibi ipſis ſunt exitio.

XIX.

Satius eſt in terra deſerta uerſari,
q̃ cum muliere moroſa & iracunda.

XX.

Precioſus theſaurus & oleum in domo *Sapientia eſt cõſeruare rẽ familiarem*
ſapientis eſt,

At ſtultus homo dilapidat.

XXI.

Pietatis fructus ſunt, uita, gloria, opes, non parantur humana induſtria.

Qui ſectatur iuſticiam & beneficētiam,
reperit uitam, iuſticiam & gloriam.

XXII.

Fortium urbem expugnat ſapiens,
Et fortibus ipſorū confidentia exitio eſt.
Confidentia obeſt, ut Pharaonis exitiū teſtatur

XXIII.

Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam,
cuſtodit animā ſuam à tribulatiōibus

XXIIII.

Nimium confidūt ſuperbi ut Pharao.

Superbi temere audent,
& ſubſannatores in ira temeritatem
deſignant.

XXV.

Cupiditates pigræ occidunt eum,
quia noluerunt manus eius laborare.

XXVI.

Piger perpetuo cupit,
Iuſtus uero dat & non comparcit.

XXVII.

Pſal. xlix.

Imolatio impiorum eſt abominatio;
Quia per ſcelus offertur.

XXVIII.

Teſtis mendax peribit,
Et qui ſolet auſcultare, is uiciſſim au
XXIX. (dietur

Pertinaciter pergit uir impius;
Recti uero uia fortunatur.

XXX.

Non eſt ſapientia, non prudentia, *Pſal. xxxij.*
Non conſilium contra dominum.

XXXI.

Equus paratur ad bellum;
A Deo uero uictoria proficiſcitur.

FINIS

CA. XXII.

FAma præferenda eſt magnis opibus
Et gratia melior eſt argento & auro

II,

Verſatur apud opulentum pauper, *Deus auctor*
facit utrunq; Deus. *paupertatis.*

III.

Callidus mala præuidet & euitat,

Et imperiti dum perrumpunt, dam-
num accipiunt.

IIII.

Humilibus dat gratiam

Penes abiectos qui Deum timent, diuitiæ, gloria, & uita ſunt.

V.

Cuſpides & laquei in uia peruerſi ſunt,
Qui procul inde refugit, cuſtodit uitã ſuã

VI.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ Teſta diu.

Si inſtitueris adoleſcentem in uia ſua, in eadem & ſenex perſeuerabit.

VII.

Diues pauperibus imperat,
Et qui mutuo accipit, ſeruus eſt fœneratoris.

VIII.

Qui mala ſeminat, mala metet, & plaga perdet eum.

IX.

Deus benedicit largis

Liberali oculo benedicetur, quia dat de pane ſuo egenti.

X.

Vitandi impij.

Si pepuleris ſubſannatorem, ceſſabit contentio, ſedabiturq́ lis & conuitiũ.

XI

Rex amicus eſt eius qui mundiciam
cordis diligit, & labiorum gratiam.

XII.

Oculi Domini obſeruant ſcientiam,
Et contemptoris conſilia fruſtrantur.

XIII.

Piger ait leo foris eſt, in platea ĩterficiar

XIIII.

Fouea profunda os ſcorti eſt;
cui iraſcitur Dominus, is in eã incidet

XV.

Stulticia agnata eſt cordi adoleſcentis,
Virga uero caſtigatrix eximet eam. *Pueritia per pædagogiã cõhercenda.*

XVI.

Qui iniuria adficit pauperem, ut dite-
ſcat ipſe,
Is dabit ditioribus aliis & egebit ipſe.

XVII.

Accommoda aurem, & audi uerba
ſapientum, & animaduerte ad doctrinã
meam. Eſt enim pulchra, ſi eam ſerues
in pectore tuo, & labiis tuis fœliciter tra
(ctabis eã.

VIII.

Commonefacio hoc adſiduo, ut in

Quid doceat in ſumma uerbũ dei, fidem quã non docet ratio.

Dominum colloces fiduciam tuam, tu amplectere.

Nonne tradidi tibi multipliciter conſilia & ſcientiam, ut docerem te ueritatem quàm certiſſimam, ut interroganti bus uera reſpondere poſſis.

XIX.

Ad portas iudicari res ſolebant in publico loco.

Ne depredare pauperem, eo ꝙ ſit pauper. Nec opprimas adflictum in porta, quia Dominus cauſſam illorum iudicabit, & perdet eos qui illis uim attulerunt

XX.

Vitandi iracundi.

Ne habeas commercium cum homine iracundo, & cum uiro furioſo ne uerſere, ne addiſcas mores eius, & accipias ſcandalum animæ tuæ.

XXI.

Ne ſis inter eos qui ſpondent, aut fidẽ obſtringunt àpud fœneratorem. Nam ſi non potueris perſoluere, auferet à te lectos tuos.

XXII.

Ne transfer priſcos limites, quos maiores tui conſtituerunt.

XXIII.

Qui mandatum mature exequitur, ſtabit coram regibus, nec inter obſcuros relinquetur.

F I N I S

CAP. XXIII.

I.

CVm accumbes ut comedas cũ principe, obſerua quæ proponantur, & intenta cultrum gutturi tuo, ut uitam tueare. Ne cupias cibum eius, eſt enim fallax cibus.

Dulcis inexpertis cultura potẽtis amici

II.

Ne labora ut diteſcas, à conſiliis tuis ceſſa. Ne adfectes id, quod conſequi non potes. Faciet enim alas ſibi, & uelut aquila ad cœlum ſubuolabit.

III.

Ne comede cibum inuidi, & ne cũpias illum. Nam ipſe uelut præſtigiator fallit, cum ait, comede & bibe, & apud animum inuidet tibi.

Inuidos uitãdos eſſe.

Portionem quam comediſti, euomes, & perdes ſermones tuos ſuaues.

IIII.

Margaritum uetat porcis obijcere

Auribus ſtulti ne loquaris, Contemnit enim prudentiā ſermōis tui.

V.

Ne loco moueas priſcos limites, Et in campū pupillorum ne irrūpas. Nam uindex eorum fortis eſt, iudicabit eorum cauſſam aduerſus te.

VI.

Accommoda cor tuum caſtiganti, & audi ſermones ſcientiæ.

VII.

Pædagogiā præcipit.

Ne ceſſes caſtigare adoleſcentem. Si percuſſeris eum uirga, non morietur. Si uirga uerberaueris, ex inferis animum eius eripies.

VIII.

Fili, ſi ſapiens fuerit cor tuum, gaudebit cor meum. Exultabunt renes mei, cum recte loquentur labia tua.

IX.

Ne æmuletur cor tuum peccatores,

ſed timeas Dominum ſemper:
Expecta poſtrema, nec fruſtraberis, ſi expectaris.

Tametſi ipij floreant aliquantiſper, tamen tandẽ peribunt

X.

Audi fili mi, & eris ſapiens, ut bene habeat in uia cor tuum.

XI.

Ne ſis inter potatores & comeſſatores. Nam potatores & comeſſatores redigentur ad inopiam: & laceris ueſtibus utetur ſomnolentus.

XII.

Audi patrem tuum qui te genuit, & ne contemnas matrẽ tuã natu grandẽ.
Veritatem, ſapientiam, eruditionẽ, & intellegentiam compara, nec uende.
Iuſti pater lætabitur, ſapiẽtis genitor gaudebit de filio.
Gaudebit pater tuus, & mater tua, & genitrix tua, obtempera, & oculis tuis uiæ meæ placeant.
Eſt enim profunda fouea meretrix, & puteus anguſtus, ſcortum.
Hæc perinde, ac prædones ſolent, inſi

dias ſtruit, & incurios ad ſe allicit.

XIII.

Quid nõ ebrietas deſignat operta recludit Spes iuſbet eſſe ratas in prelia trudit inermem.

Vbi uæ? ubi eiulatur? ubi rixæ? ubi inſidiæ ſtruuntur? Vbi fit, ut nihil meriti ſaucientur? ubi rubent oculi?

Nimirum hæc adcidunt inter pocula, iis qui confluunt ut exhauriant quidquid infuſum eſt.

Ne inſpice uinum cum rubeſcit, cum pellucet per uitrum color eius, & arridet, poſtremo uelut ſerpens mordebit, & uelut aſpis punget. Oculi tui ſpectabunt alienas mulieres, & cor tuum cogitabit peruerſa, & eris perinde ac iacens in medio mari. Supra antennam perculſerunt me, inquies, & non dolui. Vulnerauerunt me, & non ſenſi. Quando uero expergiſcar, ut rurſus incipiam perpotare?

FINIS

CAP. XXIIII.

I.

NE æmuleris uiros malos, nec cupias apud eos eſſe. Nam damna meditatur cor eorum, & pernicioſa loquuntur labia eorum.

Multos fallūt ſecundæ res impiorum.

II.

Sapientia ædificatur domus, & intellegentia, & cubicula implet ſcientia omnibus opibus precioſis & pulchris.

III.

Vir ſapiens fortis eſt, & uir intellegēs præſtat robuſto. Nam bella geruntur induſtria, & uictoriam pariunt multa conſilia.

IIII.

Altior eſt ſapientia, q̃ ut adſequatur ſtultus, & in porta, hic ne os quidem aperiet.

V.

Sibi machinaẽ malum auctor ſceleris.

VI.

Conſilia ſtulti peccata ſunt,
Et ſubſannator eſt abominatio apud homines.

Fortitudo eſt in aduerſis reb. uolūtati Dei non ad uerſari.

VIII.

Nihili fortitudo eſt, ſi in aduerſis re-bus parum firmus fueris.

VIII.

Eripe eos qui ad mortem rapiuntur, & opē fer iis qui pertrahunt ad cædē. Si dixeris, Non noramus, ecce cordium arbiter animaduertet, & obſeruator animæ tuæ deprehendet, is reddet cuiuis iuxta opera ſua.

IX.

Tametſi floreat aliquantiſper impij, tandē tamen peribunt.

Comede mi fili mel, eſt enim bonū, & fauum dulcem palato tuo. Sic eſt animæ ſapiētia, ubi inueneris, & reſtant poſtrema, nec fruſtrabitur expectatio tua.

X.

Ne inſidieris impie habitaculo iuſti, ne interturbes quietem eius. Septies eīm cadet iuſtus, & impii impingēt in mala.

XI.

Si lapſus fuerit inimicus tuus, ne gaudeas: & ſi impegerit, ne exultet cor tuū, ne uideat dominus, & adflictio domino adpareat, ut auertat ab illo iram ſuam.

XII.

Ne æmulare malos, nec inuideas impiis. Nihil enim boni ſupereſt quod ſperet malus, lucerna impiorũ extinguet.

Lucerna, gloria, res ſecundæ.

XIII.

Time dominũ fili, & regem, & cum ſediciosis ne commiſceare. Mox enim inſtabit interitus eorum, & ruinam eorum quis ſcit?

Seditioſos damnat

ETIAM HÆC SAPIENTES præcipiunt.

XIIII.

Spectare perſonam in iudicio, non eſt bonum.

XV.

Qui dicit impio, iuſtus es, maledicit ei, & ſuccenſebit populus.

Qui arguunt, amabiles ſunt, & large benedicetur eis.

XVI.

Labia oſculi, quæ reſpõdent adpoſite,

In tẽpore doceri, moneri iuuat.

XVII.

Primum perfice foris opus tuum, & exerce agrum tuum.

Neceſſaria prius aurãd…

Poſtea ædificato domum tuam.

XVIII.

Non ſis teſtis iniquus aduerſus proxi-mum tuum, nec allicias labiis tuis.

XIX.

Vindictam prohibet

Ne dicas, quemadmodum fecit mihi, ſic faciam ei,

Reddam unicuiq; ſecundũ opera ſua.

XX.

Agrum hominis pigri præterii, & uineam hominis ſtulti,

Et ecce totum obruerant urticæ, & tegebant ſpinæ, & murus collapſus erat. Et uidi & conſyderaui, uidi ut erudirer. Paululum dormies? paululum obdormiſces? pauliſper conſeres manus ad dormitandum. Veniet tanquam uiator paupertas tua, & egeſtas non ſecus atq; latro.

FINIS

CAP. XXV.

SVNT ET HÆ PARABOlæ Solomonis, quas inſeruere uiri Ezechiæ regis Iuda.

I.

Gloria Dei eſt uerbum celare;
At gloria regum eſt id inquirere.

Deus ſic facit oīa, ut mundus tamen nō intellegat, At reges inquirere oportet.

II.

Vt nec altitudo cœli, nec terræ profunditas comprehenditur,
Ita nec cor regis perſcrutabile eſt.

III.

Si rubiginem de argento abſtuleris, uas purum fiet,
Si impietatem à rege abſtuleris, fortunabitur iuſticia thronus eius.

Non aſtucia, ſed pietas fortunabit regū conſilia.

IIII.

Ne iactes te in conſpectu regis, & in locum magnorum ne irruas. Eſt enim ſatius, ut dicatur tibi, Aſcende huc, q̃ detrudi à conſpectu principis, quem adſpexerant oculi tui.

Dum petit infirmis nimiū ſublimia pennis, Icarus icarias noīe fecit aquas.

V.

Ne properes litigare, ne quid facias, quod poſtea proximū tuum confundat.

VI.

Cauſſam tuam iudicet proximus tu-
us, & arcanum alterius ne reuela, ne cõ
tumelia adficiat te audiens, & infamare
pergat.

VII.

Aurea mala in argenteis tabulis,
uerbum dictum opportune.

VIII.

Sapiens gaudet reprehendi.

Velut torques aureus, & aureum mo
nile, eſt, increpatio apud ſapientem
qui auſcultat.

IX.

Magiſtratus laudatur qui officium ſuũ facit.

Sicut in meſſe frigus hybernum recre
at, ita nũcius fidelis recreat eum qui mi
ſit, & anima domini eius acquieſcit.

X.

vil geſchreiß vuenig vuollen.

Nubes & uentus, ſine pluuia. Is eſt,
qui gloriatur pollicendo, & nihil p̃ſtat.

XI.

Patientia placabitur princeps,
& lingua mollis frangit duros.

XII.

Vbi mel repereris, comede quantum

ſatis eſt, ne ſaturatus reuomas.

Ne uerbũ Dei carnali cupiditate aut iudicio hauri (atur

XIII.

Reuoca pedem tuum à domo proxi- mi tui, ne ſatur tui, oderit te. *Faſtidiuntur præſentes.*

XIIII.

Haſta & gladius & ſagitta acuta eſt, uir qui aduerſum proximum ſuum falſo teſtificatur.

XV.

Dens malus, & pes uacillans
eſt fiducia contẽptoris in die tribulatiõis.

XVI.

Prauo cordi carmen canere, perinde eſt atq; laceris ueſtire in frigore, & ace- tum nitro addere. *Vetat ſanctũ canibus dare*

XVII.

Si eſurierit is qui odit te, paſce eum pane: & ſi ſitierit, pota eum aqua. Pru- nam enim cumulabis ſuper caput eius, & dominus reddet tibi. *Vetat uindictam.*

XVIII.

Aquilo pluuiam pellit,
At uultus ſeuerus linguam delatricem. *Vetat audire delatores*

XIX.

Satius eſt ſedere in angulo tecti, q̃ in domo ampla cum muliere rixatrice.

XX.

Aquæ frigidæ ei qui linquitur animō nuncium bonum eſt ex terra longinqua

XXI.

Impij offen dun tur rebus aduerſis pio= rum.

Fōs conturbatus, & ſcaturigo corrupta, Iuſtus lapſus coram impio.

XXII.

Vetat uerbũ Dei haurire carnali cupi= ditate aut iu dicio.

Non eſt bonum immodice multum mel edere,
Sic & qui grauia ſcrutatur, obruetur.

XXIII.

Vrbs patens ſine mœnibus,
Vir qui non cohibet ſpiritum ſuum.

Eximia eſt uirtus præſtare ſilentia rebus.

CA. XXVI.

I.

Rebus ſecun dis incauti de mētantur, ut in Saul ap paret.

VT nix in æſtate intempeſtiua eſt, & imber in meſſe,
Sic nec ſtultum decet gloria.

Quemadmodum aufugit auis, & præteruolat irundo, ... *Mendacia nō lædunt.*
Sic ementitum conuicium non lædit.

III.

Flagellum equo, frenum aſino, *Præcipitur παιδαγωγία*
Virga tergo ſtultorum. IIII.
Ne reſpondeas ſtulto de ſtulticia eius ne ſimilis eius fias. V. *Poſt unā atq; alterā monitionē ἀιρετικὸν hominē deuita.*
Reſponde ſtulto de ſtulticia eius, ne ſapere ſibi uideatur.

VI.

Qui per nuncium ſtultum rem gerit, *Ignaui magiſtratus.*
Eſt uelut claudus pedib9 & dānū accipit.

VII.

Vt claudus, pedes erigere nequit,
Sic ſunt ſententiæ in ore ſtultorum. *Impij non poſſunt recte uti uerbo dei*

VIII.

Stultum honore adficere, perinde eſt ac gemmam in πολυάνδριον coniicere.
Rebus ſecūdis incauti dementātur gēma cōiecta in polyādrion, hoc eſt, locū fœdū, in aceruū lapidū ubi de ſontibus ſuppliciū ſumitur, perit. Eadē ſententia eſt in Laberianis Mimis loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.

IX.

Spina condita in manu ebrii;
ſententia eſt in ore ſtulti.

X.

Gerenda res per peritos

Vir peritus omnia recte efficit,
Qui uero conducit ſtultos, negligen
tes conducit.

XI.

Sicut canis rediens ad uomitum,
Sic ſtultus eſt ingeminãs ſtulticiã ſuã.

φιλαυτοὶ haud ferè corrigũtur, Ioã. ix. Quia dicitis uidemus &c.

XII.

Si uideris uirum qui ſibi ſapere uide-
tur, de ſtulto melius ſperes q̃ de eo.

XIII.

Piger ait, Leopardus eſt in uia, leo
in plateis.
Sicut fores in cardine ſuo uoluuntur;
ſic uoluitur piger in lecto.

XIIII.

Abſcondit piger manum in ſinum;
piget & ad os admouere.

XV.

Plus ſibi ſapere uidetur piger,
Quàm ſeptem qui ſententias docent.

Pigri hypocritas ſignificant, qui uidentur laborare, & tamen officium ſuum non faciunt.

XVI.

Qui tranſit ad litem ſua nihil referentem, perinde eſt atq; ſi canem uellicet auribus ac laceſſat.

Vuas dich nicht brent, blaß nicht.

XVII.

Vt qui abſcondit ſe, iaculaturq; ſagittas flammeas, & mortiferas. Sic is eſt qui fruſtratur amicum ſuum, & dicit, ioco facio.

XVIII.

Ignis extinguitur, ubi ligna non alunt, Sic ſedatur contentio, ubi delator abfuerit.

XIX.

Carbo prunas, ligna ignem accendũt Vir contentioſus rixam.

XX.

Verba delatoris perinde ſunt ac uerbera, penetrantq; penetralia pectoris.

Nõ eſt remediũ aduerſus Sycophantæ morſum.

XXI.

Vt conuenit ſi argenti ſcoria uas fictile obducatur,

Ita labia uenenata, cum malo corde congruunt.

Dignũ patellæ operculũ. Spurcũ os, ĩprobo pectore.

XXII.

Cum blanditur inimicus, fallit.

Labiis ſuis prodet ſe inimicus, & cum adpropinquat, ſtruit inſidias.

XXIII.

Cum uoce ſua blandietur, ne credas ei, Sũt .n. in corde ei⁹ multæ abominatiões

XXIIII.

Si quis texerit odiũ ſuũ, ut damnum det, reuelabitur eius malitia in cœtu.

XXV.

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ &c.

Fodiens foueam in eam ruet,
Et aduoluẽs ſaxũ, in ipſum impinget.

XXVI.

Impij non ferũt caſtigantem.

Lingua mendax non fert improbantem
Et os blandum perniciem adfert.

CAP. XXVII.

Ne ante uictoriã ἐπινίκιον

I.

NE glorieris de die craſtino, neſcis enim quid hodie accidere poſſit.

II.

Prædicet te alienus, non os tuum,
peregrinus, non labia tua.

III.

Grauis eſt lapis, & ponderoſa arena, *Imperito nihil iniuſtius.*
Vtroq; grauior eſt ira ſtulti.

IIII.

Crudelis eſt iracundia & ira,
Et quis coram inuidia conſiſtet?

V.

Melior eſt manifeſta correptio,
quàm clandeſtina dilectio.

VI.

Fidelia ſunt uulnera inflicta à diligente, *Caritas amat etiã, cũ ſæuit.*
Et oſcula inimici contumelioſa ſunt.

VII.

Anima ſatura fauum etiam calcat,
Et aïæ eſuriẽti etiã amara dulcia ſunt.
Eſurientes implentur bonis, iuxta Cãticũ Mariæ

VIII.

Sicut auis eſt quæ nidum deſerit, σπάρταν ἔ
Sic uir eſt qui deſerit locum ſuum. λαχες ταύ

IX. ταν κόσμει

Vnguentum & aromata delectant cor,

Conſiliũ res ſacra.

Dulcior autem amicus eſt propter conſilium animæ.

X.

Veteres amici colendi.

Amicum tuum, & amicum patris tui ne deſeras,

Et domum fratris tui ne ingrediare; tempore calamitatis tuæ.

XI.

Heſiodus γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Melior eſt uicinus propinquus, quàm frater longinquus.

XII.

Diſce ſapientiam, mi fili, & gaudebit cor meum, ut reſponderi poſſit iis qui mihi conuicium faciunt.

XIII.

Der baſtel muß in ſack. Imperiti pergũt obſtinati ut Pharao.

Callidus uidet malum & abſconditur,

Imperiti pergunt, & damnũ accipiũt

XIIII.

Veſtem ab eo auferas, qui pro alieno ſpopondit. Et cum ille alienus ſit, pignus accipe.

XV.

Immodicæ laudes ſunt ſuſpectæ.

Prædicans amicum ſuum magnis clamoribus mane conſurgens, maledicere ei iudicabitur.

XVI.

Similis eſt ſtillicidio adſiduo cum plu
it, rixatrix mulier. Qui cohibet eam,
uentos cohibet, & oleum manu retine-
re conatur;

XVII.

Ferrum ferro acuitur;
Et uir acuitur amici congreſſu.
σύντε δύ' ἐρχομένω καίτε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησε &c.

XVIII.

Seruans ficum, ueſcitur fructibus eius,
Et obſeruans dominum ſuum, hono
re obſeruatur.

Parſimonia magnum uectigal.

XIX.

Vt facies in aqua reſplendens, fallit,
Ita inter ſe corda hominum ſolent.

Taxatur perfidia

XX.

Infernus & perditio non ſaturantur.
Ita nec hominis oculi ſaturantur,

Cupiditas inexplebilis.

XXI.

Argentũ in uaſe purgať, aurũ in fornace
Homo uero laudantis ore probatur.

XXII.

Si ſtultum contriueris piſtillo, ceu tri

Impij non emendātur ad flictionibus. ϖάϛ ταν ἔλαχεσ ταύταν κόσμει.

ticum in mortario, non diſcedet ab eo ſtulticia. XXIII.

Tuum pecus contemplare, & gregem diligenter cura.

Neq; enim perpetuo tenebis has opes, & gloria non durat à ſeculo ad ſeculum.

Prodit fœnum & uireſcit, donec demetatur.

Oues habes quæ ueſtiant te & hircos, quibus uenditis, ſumptus pares in agricultura faciendos.

Lac caprarum ſuppeditabit uictum tibi, & familiæ, & ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

I.

FVgit impius, tāetſi nemo perſequaẗ, Iuſti uero, perinde ac leo cõfidũt.

Imperia ſæpe mutari calamitoſum eſt, mutātur autē propter peccata populi.

II.

Propter peccata populorum fit, ut alii ſubinde imperent.

At propter cordatos homines prorogabitur imperium.

III.

Vir pauper qui pauperes iniuria adfi cit, perinde facit atq; imber putrefaciẽs & corrumpens ſegetem.

IIII.

Impios prædicant, hi qui legem deſerũt Contra ſuccenſent eis, hi qui legẽ ſeruãt

V.

Mali non intellegunt iudicium,
Verũ qui deũ quærũt, oĩa intellegũt.

Facta dei pœnas & beneficia nõ conſyderant impij

VI.

Melius habebit pauper probus, quàm diues improbus.

VII.

Prudens eſt qui legem ſeruat,
Helluo uero patrem confundit.

VIII.

Qui opes ſuas fœnore auget, & immodico quæſtu, coaceruat ut in inopes effundantur.

Male partum dilabitur.

IX.

Qui recuſat legem audire, illius precatio etiam eſt abominabilis.

X,

Qui rectos ſeducit, in foueam incidet,
Et probis bona euenient.

XI.

Diues ſapere ſibi uidetur,
At pauper prudens explorat eum.

Cum iuſti florēt, bene hābent reſpub. Cōtra peßūeunt cū impij imperant.

XII.

Res ſecundæ iuſtorum magnam gloriam pariunt,
Cum uero euehuntur impii, commutantur res hominum.

XIII.

Qui celat ſua flagicia, male habebit,
Qui uero confitetur, & deſerit, is miſericordiam conſequetur.

Preconiū timoris Dei.

XIIII.

Beatus eſt qui ſemper pauidus eſt,
Duri ruent in mala.

Tyranni εἰκών.

XV.

Ceu leo rugiens ac eſuriens urſus,
Eſt princeps impius pauperi populo.

XVI.

Si princeps imprudens fuerit, multæ fient iniuriæ.

At ſi oderit auariciam, diu imperabit.

XVII.

Qui iniuriam facit, ad ſepulchrum uſq; profugus erit,
Nec quiſquam ſuſtentabit eum.

XVIII.

Probi, ſalui erunt,
Qui uero uias ſuas peruertit, ſemel corruet.

XIX.

Qui exercet agrum ſuum, ſaciabitur pane, *Præcipitur labor.*
At qui ocio indulget, egebit.

XX.

Viro fideli ualde benedicetur,
Et ueloces ad diuitias parandas non erunt innocentes. *Benedictione diuina ditescimus.*

XXI.

Spectare perſonam non eſt bonum,
Nã & propter fruſtũ panis illi peccãt,

XXII.

Qui properat ut diteſcat, & inuidet aliis, neſcit egeſtatem ſibi impendere.

XXIII.

Qui arguit hominem, poſtremo gratior erit adſentatore. *Veritas tandẽ uincit, & probatur*

XXIIII.

Qui depredatur parentes, & negat id eſſe peccatum, is ſocius eſt homicidæ.

XXV.

Qui non cedunt, fere auctores ſunt magnorũ motuum & tumultuum.

Superbus excitat lites,
At qui fidit Deo, pingueſcet.

XXVI.

Qui confidit ſuo corde, deſipit,
At qui ſapienter ambulat, bene hẽbit.
Deſipere eſt, noſtris conſilijs fidere.

XXVII.

Præcipit largiri egẽtibus.

Qui pauperi dat, is non egebit,
Maledicetur aũt auertẽti oculos ſuos.

XXVIII.

Cum euehuntur impii, abſconduntur homines. Et cum perierint impii, iuſti bene habebunt.

CA. XXIX.

Sicut Pharao cum corrigi nollet, perijt

I.

QVi aduerſus increpationes dura ceruice eſt, ſubito peribit,
Nec mederi ei quiſquã poterit

II.

Cum florent iuſti, populus bene habet,
Cum dominant impii, luget populus

III.

Qui diligit ſapientiam, gaudio adficit patrem ſuum,
Scortator autem perdet opes.

IIII.

Iudicio rex ditionem firmam facit,
Qui donis capitur, euertit eam.

Iuſte iudicando imperia cõſtabiliũtur

V,

Qui adſentatur proximo, inſidiatur ei,
Irretitur peccato ſuo malus,
Iuſtus autem gloriabitur, & gaudebit.

VI.

Cognoſcit iuſtus pauperum cauſſas,
Impius non aduortit animũ ad diiudicandũ,

Impij principes contemnunt ius.

VII,

Subſannatores ciuitati exitio ſunt,
At ſapientes inde pœnam auertunt,

Pij placãt deum reb. pub. ſicut adparet in Nahaman.

VIII,

Si ſapiens litigarit cum ſtulto, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, placari ſtultus non poteſt.

Imperito homine nihil iniuſtius.

IX.

Viri ſanguinarii oderunt probum,
Rectis autem uita eius curæ eſt.

X.

Totum ſpiritum ſuum effundit ſtultus,
At ſapiens tandem cohibet ſe.

Qualis prin-ceps, tales conuictores.

XI.

Si princeps delectetur mendacio,
Impios tantum miniſtros habet.

XII.

Pauperem fœnerator obuium habet,
Deus utriuſq; animum moderatur.
Non põt fœnerator ſeuire, niſi permittat Deus.

XIII.

Sedes regis qui uere iudicat pauperes,
perpetuo fortunata erit.

Præcipitur παιδαγωγία

XIIII.

Virga & obiurgatio adfert ſapientiam,
At puer qui non cohercetur, pudefa-
cit matrem ſuam.

XV.

Cum florent impii, ſcelera multa fiunt,
Sed ſpectantibus iuſtis ruent.

XVI.

Si caſtigaueris filium iucundus erit tibi, & adferet animæ tuæ delicias.

XVII.

Cum deeſt prophetia perit populus; & qui legem cuſtodiunt, bene hēbunt.

Si Verbum Dei non doceatur, neceſſe eſt male habere res humanas.

XVIII.

Serui non emendantur uerbis. Nam tametſi intellegant, contemnunt tamē.

Impij contemnunt Verbū Dei.

XIX.

Melius de ſtulto ſperes, quàm de homine præcipite.

σπεῦδε βραδέως

XX.

Si à puero ſeruus delicate tractatus fuerit, dominari poſtea uolet.

Res ſecundæ dementant incautos.

XXI.

Iracundus homo lites excitat, & ſæpe peccat.

XXII.

Superbia deiicit hominem, At humilis animus potietur gloria.

Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

h

XXIII.

Ex Leuit. cap. v. Vitam ſuá odit, quiſquis furis ſocius eſt,
Periurum audiet, nec indicabit.

XXIIII.

Qui timet homines ruet,
Qui fidit Deo, ſubleuabitur.

XXV.

Principē tibi Deus placat, tu officijs tuis fruſtra niteris.

Multi principis faciem ambiunt,
At à Domino iudiciū cuiuſuis proficiſcit

XXVI.

Abominantur juſti iniquos,
& abominatur impius rectam uiam.

FINIS

CAP. XXX.

Adparet has ſententias ab alijs quibuſdā Solomōis libello additas eſſe.

SERMO AGVR
filii Iake.

HAEC SVNT PRAEcepta quæ tradiderunt Lithiel Lethiel & Ichal.

STultiſſimus ſum hominum, nec eſt penes me intellegentia, nec didici ſapientiam, nec ſanctorum ſcientiam cognoui. Quis aſcendit in cœlum ac deſcendit? Quis comprehendit uentos manu ſua? Quis concluſit aquas in ueſtem ſuam? Quis fundauit fines terræ? Quod nomen eſt illi? Quod nomen eſt filio illius? noſtin?

I.

Preconium Verbi Dei

Omnis ſermo Dei purgatus eſt, & clypeus iis qui fidunt eo. Ne addas ſermonibus eius, ne te obiurget, tuq; mendax deprehendaris.

II.

Duo abs te rogaui, quæ antequam moriar queſo largiare: procul à me amoue uanitatem & mendacium. Inopiam & diuitias ne dederis mihi. Demenſum meum ſuppedita mihi, ne ubi ſatur fuero mentiar ac dicam, Quis eſt deus? neue per inopiam furtum committam, & polluam nomen Dei mei.

III.

Ne adcuſes ſeruum apud herum ſuum, ne tibi conuicium facias, ac pœnas des.

IIII.

Hypocriſin generis humani taxat.

Hoc genus patri conuicium facit, nec benedicit matri.

V.

Hoc genus uidetur ſibi mundum eſſe, & tamen ſordes ſuas non eluit.

VI.

Hoc genus attollit oculos ſuos, & palpebras ſuas eleuat.

VII.

Huius generis dentes, tanquam gladii ſunt, & tanquam enſes molares ſunt ut deuorent humiles, & inopes e medio auferant. Huic ſanguiſugæ multæ ſunt filiæ, quæ clamant, Age, Age.

VIII.

Tria hæc non ſaturantur, item quartum inexplebile eſt.

Infernus. Vulua. Terra arefacta. Ignis poſtremo inexplebilis eſt.

IX.

Oculum, qui patrem faſtidit, & matris imperium contemnit, corui iuxta flumen effodient, & uorabunt aquilæ. *Præcipit coli parentes.*

X.

Tria hæc ignoro, minime uero quartum teneo.

Viam aquilæ in aere.

Viam ſerpentis ſuper petram.

Nauis iter in flumine.

Et uiam hominis erga adulefcentulã, Talis eſt & adulteræ uia, quæ ubi perdiderit uirum, os tergit, & negat ſe malum feciſſe.

XI.

Tria perturbant terram, quartum prorſus ferre non poteſt.

Si ſeruus imperet.

Si ſtultus ſatur fuerit.

Si moroſa nupſerit.

Si ancilla fuerit hæres dominæ facta.

XII.

Quatuor minuta ſunt in terra, quæ prudentia uincunt etiam ſapientes.

Formicæ imbecille genus, & tamen in meſſe cibum ſibi parant.

Cuniculi infirmum genus, qui in rupibus habitant.

At hoïes magiſtratibus etiam parere detrectant

Locuſtæ, quæ quanquam non habeant regem, tamen agminatim prodeunt.

Araneus telam texit, & habitat in regum aulis.

XIII.

Tria hæc probe ingrediuntur, quartũ item belle incedit.

Leo ualida beſtia, nec refugit ullam belluam.

Canis uenaticus firmis lumbis præditus.

Aries & Rex, cui reſiſti non poteſt.

XIIII.

Μυκλῶν ἄπαν

Cum per ſtultitiam effers te, & moliris malum, comprime manu os.

Nam ſi lac crebrius tundas, butyrum fiat.

Si emunxeris nares uehementius, ſanguinem elicies.

Ita & acerbius iraſci, lites excitat.

FINIS

CAP. XXXI.

Sermo Lamuelis regis.

HAEC SVNT PRAE
cepta, quæ docuit eum mater

I.

QVeſo te fili, fili uteri mei, fili exoptatiſſime, ne da mulieribus opes tuas, & uias tuas, perdunt enĩ reges.

Ne regibus & principibus uinum des aut ſiceram, ne poti obliuiſcantur iuris, & de humilibus praue iudicent.

Date ſiceram adflictis, & uinum mœſtis, ut poti obliuiſcantur inopiæ ſuæ & ærumnarum.

II.

Patrocinare mutis in iudicio & omnibus orphanis, patrocinare, iudica, & abiectum & inopem uindica.

א

III.

Probam mulierem quis inueniet?
ea præſtat gemmis.

ב

Confidit ea cor mariti, & res familiaris non deficiet.

ג

Reddet ei bonum, & non malum perpetuo.

ד

Tractat lanam & linum, & uoluptati ei eſt officium ſuum facere.

ה

Perinde eſt atq; nauis mercatoris, ex longinquo adferens panem ſuum.

ו

Noctu ſurgit, & parat familiæ cibum & ancillis demenſum.

ז

Conſyderat agrum ac emit, & uineam ſuo labore plantat.

ח

Accingit lumbos adcurate, & corroborat brachia ſua.

ט

Sentit q̃ bona ſit negociatio ſua, nec noctu extinguetur lucerna eius.

ח

Manum ſuam admouet ad colum, & tractat fuſum.

כ

Manum pauperibus obfert, & porrigit inopi.

ל

Non metuit domui ſuæ à frigore. Nam uniuerſa familia ueſtit duplicibus.

מ

Ornamenta facit ſibi, Byſſo & purpura ueſtit.

נ

Conſpicuus eſt in porta maritus eius, ubi ſedet cum ſenioribus regionis.

ס

Tunicas parat & uendit, & cingulum dat mercatori.

ע

Fortitudo & decus ueſtit eam, & gaudebit etiam in poſterum.

פ

Os aperit ſapienter, & ſuauitas in lingua eius eſt.

צ

Speculatur ſtatum domus ſuæ,
nec edit cum ignauia panem.

ק

Surgent eius liberi & prædicabunt eam,
Maritus item laudabit eam.

ר

Multæ filiæ pararunt opes,
tu ſuperas omnes.

ש

Fallax uenuſtas eſt, & uana eſt forma
Mulier timens Dei laudabitur.

ת

Date ei de laboribus ſuis, & prædicent
eam in portis facta eius.

F
I N I
S

DICTA SAPIENTVM.

Omnibus placeto
Bona res quies
Periculoſa temeritas
Quicquid promiſeris facito
Amicis aduerſa fortuna utentib. idẽ eſto
Infortunium tuum celato, ne uolupta
te adficias inimicos.
Veritati adhæreto
Violentiam oderis
Age quæ iuſta ſunt
Domus curam age
Liberos tibi chariſſimos erudi
A maledicentia temperato
Beneficii accepti memento
Inferiorem ne reiicias
Ne teipſum præcipites in diſcrimen
Temperantiam exerce
Moribus probatus eſto
Oderis calumnias
Turpia fuge

Voluptati tempera.
A iureiurando abſtine
Pietatem ſectare
Laudato honeſta.
A uitiis abſtine
Beneficium repende.
Supplicibus miſericors eſto.
Liberos inſtitue. Litem oderis.
Sapientum utere conſuetudine.
Bonos in precio habeto
Audi quæ ad te pertinent
Probrum fugito. Reſponde in tēpore
Ea facito, quorum non poſſit pœnitere.
Ne cui inuideas.
Quod iuſtum eſt imitare.
Bene meritos honora.
Spes foue. Calumniam oderis.
Affabilis eſto.
Cum erraris, muta conſilium.
Diutinam amiciciam cuſtodi.
Omnibus teipſum præbe.
Concordiam ſectare.
Magiſtratus metue.
Ne loquaris ad gratiam.

Ne tempori credideris
Teipſum ne negligas
Seniorem reuerere.
Mortem oppete pro patria
Ne quauis de re doleas
Ex ingenuis liberos crea
Sperato tanquam mortalis
Parcito tanquam immortalis
Ne efferaris gloria
Arcanum cela. Cede magnis.
Opportunitatem expecta.
Mortalia cogita
Largire cum utilitate
Ne prior iniuriam facias
Dolorem fuge.
Mortuum ne rideto.
Amicis utere.
Delecta amicos.
Conſule inculpate.
De numine ne male loquare, quid ſit autem auſculta.
Audito multa, loquere pauca.
Prius intellige, & deinde ad opus accede
Ne ob diuitias laudaris uirum indignũ.

Principem honora.
Amicos probato.
Nemini promittito
Similis ſis tui
Quod adeſt boni conſulito
Suſurronem ex ædibus eiice
A familiaribus in minutis rebus læſus, feras. Inimicum ne putes amicum
Quæ feceris parentibus, eadem à liberis expecta.
Ante omnia uenerare numen
Inter amicos ne fueris iudex
Ne contende cum parentibus, etiam ſi iuſta dixeris.
Infortunatum ne irriſeris
Ne lingua præcurrat mentem
Quæ fieri non poſſunt, ne concupiſcas.
Vxorem ducito ex æqualibus, ne ſi ex ditioribus duxeris, dominos tibi pares, non affines.

Haganoæ, per Iohannem Secerium. M.D.XXV.

ΠΡΟΝΟΙΑ

Πάντῃ γάρ ἔστι πάντα τε βλέπει θεός.



לא ארפך ולא אעזבך

O Iane à tergo, cui nulla Ciconia pinſit.

ΠΑΡΟΙ
ΜΊΑΙ, SIVE PRO
VERBIA SOLOMO
NIS FILII DAVIDIS,

Cum Adnotationibus
Philippi Melan=
chthonis.

Haganoæ, per Iohan
nem Secerium.

Cum Indice

PHILIPPI MELANCHTHONIS IN SOLOMONIS ΓΝΩΜΑΣ ANNOTATIONES.

LIBELLI ARGVMENTVM.

VNIVERSA SCRIP*tura legem aliàs, aliàs Euangelium docet. Idem & hic libellus agit, quanquàm peculiari orationis figura, proponit enim uulgares ſententias, ſeu adagia, quibus breuiter ea monentur, quæ pluribus leges aut Euangelicæ promiſſiones tractant. Sunt autem multæ formæ Sententiarum, ceu quidam communes loci, proditi de uarijs & rebus & euentibus humanis, ut in lingua latina aut græca inuenias, alias alijs de*

rebus proditas, ut de æquitate, Summum ius ſumma iniuria. De ijs qui aliena uitia carpunt, ad ſua conniuent, Nō uidemus manticæ quod in tergo eſt. De mediocritate, Ne quid nimis. Ita & Solomonis ſententiæ aliæ alijs de rebus monēt. De pietate, de impietate, de hypocriſi, de humana prudentia, de diuitijs, de paupertate, de cruce, de ſecundis rebus, de principibus, poſſuntq; digeri ferè ſententiæ tanquam in elenchos ſeu indices in hos comunes locos. Sed hoc ab humanis ſententijs ſacræ differunt, quod humanæ pleræq; impiæ ſunt, ut quæ de fortuna, quæ de noſtris conſilijs dicta feruntur, quale illud eſt: Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia. At ſacræ, Dei uoluntatem exponunt, & fidem & timorem inculcant. Item de creaturis, de communibus euentibus ita iudicant, ut non res ipſas, ſed uoluntatem Dei, qui euentuum autor eſt ſpectent. Cruce nihil eſt carni odioſius, at hæ ſententiæ prædicant. De rebus aduerſis ita iudicat caro, ut uel damnari ſe, uel ne curæ quidem Deo eſſe ſentiat. Docent humanæ ſententiæ, noſtris conſilijs uictum & ſimilia parari, illæ contra diuinitus dari monent. Itaq; in ſumma, hoc agit libellus, ut iudicium rationis de rebus, timor Dei ac fides refellant, & mortificent

Quid ſacræ parabolæ ab humanis diſcrepent.

Libelli ſumma & ſcopus

tificent

tificent furioſum ſenſum carnis, regantq; nos in omni conuerſatione. Aliquæ *hiſtoriæ legis exempla ſunt, aliæ rurſus* Euangelij. *Subuerſio Sodomorũ, Saulis hiſtoria ad legem pertinent.* Hiſtoria Dauidis *cum audiret ſibi dimiſſum peccatum,* Euangelij *eſt.* Eadem *facies eſt* Verbi Dei *in hominibus; quæ olim tẽpore* Prophetarũ. Nam *ut dicit* Ezechiel: *Erat eis canticum oris eorum,* Id *eſt, ſi uellent aliquando iocari aut nugari, proferebant prophetias, ut manda remanda.* In *longum differẽtur dies &c.*

Humanæ literæ iudicium rationis formant: at diuinæ perdunt & mortificant. Pharao *erat exemplum iræ* Dei, *ut hodie noſtri* Schuermer, *qui multa nugantur de* Verbo Dei, *non tamen credunt.* Schuermer.

Illuminatio uel uita æterna docet, quid in conuerſatione faciamus, aut non. Nam *illud nullis literis doceri poteſt.* Quapropter *libellus ille nihil aliud eſt q̃ quædam ratio formandæ uitæ.*

CAPVT I.

T*itulus ueteri more cohæret cum reliquo contextu, ipſaq; propoſitione* Solomonis, *ſicut hiſtoriam &* Thucydides *cepit.* Thucydides Athe

nienſis conſcripſit bellum Peloponneſiacorum & Athenienſium. Eſtq́; hic uerborum ordo.

SOLOMON *ſcripſit Prouerbia adcommodata ad diſcendam ſapientiam & eruditionem. Eſtq́; longa illa periphraſis, Ad ſciendam ſapientiã &c. referenda ad uocabulum, Parabolæ, quaſi ſic legas Parabolæ Solomonis filij Dauidis &c. appoſitæ ad diſcendam ſapientiam, Id eſt, quæ ad hoc ualent, ut inde diſcatur ſapientia.*

TEXTVS CLARIOR

Translatio.

SOLOMON *filius Dauidis regis Iſrael, pro* Propoſitio *uerbia ſcripſit, unde diſcatur ſapientia & eruditio, unde uerba intelligentiæ, unde & eruditionem prudentiæ capiamus, & iuſticiam, & iudicium, & rectum, unde ſimplices calliditatem hauriant, & ſcientiam pueri ac conſilia.*

Vocabulũ משלי *in hebræo, & prouerbia & parabolas complectitur. Fit hic mentio nominis & regni, quod eſt ad authoritatem uerbi audiendam. Nam erat diuina authoritate præfectus regno.*

DECLARATIO PROPOSITIONIS.

Tota propoſitio fructum Verbi complectitur, neq; facile tam amplam Verbi laudem inuenias, ſunt autem pleræq;. Pſal. CXVIII. Vt lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et Eſaiæ VIII. Ad legem & teſtimonium, quod ſi non dixerint ſecundum uerbum hoc, non erit eis matutina lux. Et Petrus adhærere iubet Verbo Dei .ij. Petri primo. Et Epheſios ultimo iubet Verbo armatos eſſe aduerſus Sathanam: neq; enim fieri poteſt ut ſine Verbo Dei Sathanæ relucteris. Hoc agebat Spiritus Dei & hic, ut ceu apophthegmatis quibuſdam, quæ ſemper in promptu eſſent, moneremur, quemadmodū Solomon infra inquit: Verbum Dei clypeus eſt. Et paulo poſt: Fruſtra iacitur rethe ante oculos pennatorum. Sunt autem hi fructus, primum, Sapientia uerbo concipitur, quæ eſt ipſa Dei cognitio, de qua Iohan. XVII. Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcāt te Deum uerum, & quem miſiſti IHESVM Chriſtum. Eſtq; ipſa fides, qua iuſtificati cognoſcimus bonitatē Dei, & clamamus Abba pater. Eſt itaq; primus fructus Verbi, iuſtificatio, quæ eſt ipſiſſima dei cognitio.

Opera illā cognitionē non præſtant, ſed ſuperior illa lux Dei.

Secundus fructus eſt eruditio, hoc eſt crux, qua mortificatur ſenſus carnis, unde fidere & ſperare

diſcamus. De *qua eruditione* Apoſtolus *loquitur* Roma. XII. *Transformamini per renouationem mẽtis ueſtræ, ut diſcatis quæ ſit uoluntas* Dei *bona*.

Intellectus Verbi nõ eſt niſi apud eos qui norunt Deum.

Tertius, *cognitionem* Verbi Dei, *comitatur facultas animaduertendi & obſeruandi uerbum* Dei, *& facta*. Nam *hoc ſignificat* Verbum, *quo tertio loco uſus eſt, quemadmodum* Pſalmus CVI. *dicit*: *Quis ſapiens? & intelliget miſericordias domini*. *Cuius enim mens fide renouata eſt, ea gaudet iam uerbo paſci & conſolari, & capit uerbũ, ut* Pſal. CXVIII. *Ignitum eloquium tuum uehementer, & ſeruus tuus dilexit illud*. Pſal. I. *In lege eius meditabitur die ac nocte*.

Quartus, Eruditione *ſignificari mortificatiõem ac crucem ſatis conſtat: ait enim* Eſaias *octauo*. *In manu forti erudiuit me*. *Hieremias*, *Caſtigabo & erudiam &c*. *Paritq; eruditio prudentiam etiam, ideo ea coniunxit*: *Capiamus eruditionem prudentiæ*. *Eſt autem prudentia, qua externæ actiones regũtur, qua de rebus externis iudicatur, ſicut de* Dauid *ait*: *Prudẽter ſe gerebat in omnibus*. *Hanc prudentiam exigit* Apoſtolus *Epheſios quinto*: *Videte quomodo caute ambuletis*. *Et ſubijcit*: *Vt operam demus, ut conuerſatio ſit ſancta, ut alij alijs cedamus*.

mus. Et *in priore* Teſſalonicenſ. *poſtulat, ut ab omni mala ſpecie abſtineamus*. Porro *eruditiōem adiecit, ut ſignificaret ſe de ſpirituali prudentia loqui, quæ mortificato ſenſu carnis, nouo modo de rebus & actionibus omnibus iudicat*. Nam *de prudentia carnis ait* Apoſtolus Roma. *tredecimo*. Ne *faci te prouidentiam carnis, prudentia carnis captat ocium, uoluptates: ſua ſtudia ad hoc comparat, ut magnifiat: captat opes, inſidiatur ijs, quos obſtare cupiditatibus ſuis ſentit*. Prudentia *ſpiritus prorſus diuerſum ſtatuit, reſpicit enim in ſuis cupiditatibus ſolam* Dei *uoluntatem, nihil ſuorum quærens*.

Iuuētus tanq̄ è cauea miſſa hodie liberrime in habitu moribusq́ꝫ uiuit.

Vetat deligi quiduis ſecū dum carnem.

Eſt omnino aliud iudicium hominis pij de rebus, quàm impij. In *corde caſtigato & mortificato, fieri nō poteſt ut male iudicetur: hic ſic iudicat de ſtudijs*, Parentes *deſtinauerunt te diſcendis literis, ergo au thoritate diuina facis: ſi non faceres, tantum peccares, quantum feciſſet* Petrus *non prædicando*. Et *ut magnum fecit* Petrus *cum prædicauit, ſic & tu cum ſic obedis parentibus*. Sic *iudicat pius animus, ideo &* Deus *adſpirat*. Si *uoles fœliciter diſcere, cogita te rem piam facere*. Sic *de alijs, qui in* Republica *conſtitutus eſt idem cogitat, ſi pius eſt, quia præfectus es, ideo præcepto diuino cogeris facere, inte-*

rim non habebit rationem ſuæ pompæ, ſed erit uigilantior. Sic & iuuenis ſtudioſus omittit libidines & alia, ſe deuouens literis.

Iuſticiam, iudicium & rectum.

Explicat quædam quæ ſupra obſcurius dici uidebantur. Nam quod antea dixit, Sapientiam uerbo concipi & eruditionem, nunc ait per Verbum iuſticiam & iudicium contingere. Porrò Scriptura hæc duo plerunq; coniungit, ut Pſal. CV. Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſticiam omni tempore. Et Hieremiæ xxij. Facere iudicium & iuſticiã. Eſtq; iuſticia fides. Iudicium condemnatio noſtri, mortificatio ſeu eruditio. Sic interpretatur Iohannes xvi. Arguet mundum de iuſticia & iudicio.

Natura Verbi Dei eſt iudicare oẽs hoĩes pios & impios.

Iuſticiam & iudicium comitatur rectitudo. Et Pſal. CXVIII. hunc quoq; fructum uerbo tribuit: Aequitas teſtimonia tua in æternum. Cor rectum eſt, quod non quærit ſua, nec aliud ſpectat in agendo aut patiendo, niſi gloriam Dei.

Qui ſancti ſunt, quia caro arrogat ſibi aliquid de operibus Dei, in hoc periclitantur, ne aliquid ſibi tribuant. In cultu Dei, id eſt, in patiendo propter Deum, quæritent aliquid inde gloriæ. Quàm

bonus

bonus Iſrael Deus iis, qui recto ſunt corde? Bonum ſu ſtinent manum Dei, non ſua quærunt.

Vt detur paruulis aſtutia.

Sic & Pſal. XVIII. Sapientiam præſtans paruulis. Et CXVIII. Intellectum dat paruulis. Docet enim Verbum Dei paruulos, hoc eſt, eos qui nõ anteferunt ſenſum carnis, ſeu rationem Verbo Dei, ſed præter iudicium rationis Verbo Dei credunt, ut quom Abrahã iret imolaturus filium, diuino mã dato conceſſit de ſuo ſenſu. Et patri CHRISTus gratias agit, quod reuelarit Euangelium paruulis, & abſconderit à conſpectu ſapientum. Quia enim ratio Verbum Dei non adſequitur, ideo contemnit & odit. Huc pertinent quæ ſunt apud Eſaiam quadrageſimo ſeptimo: Sapientia & ſcientia tua decepit te. Docet autem aſtutiam paruulos, id quod opponitur iudicio rationis. Nam hæc putat ſibi proprie deberi calliditatem, qua caueat, quæ res poſcit Scriptura uero tribuit hanc Verbo Dei, quod ratio inſidias Sathanæ non cernat.

Paruulos imperitos et ſimplices dicit.

Calliditas & aſtutia opponuntur, & illa Verbo Dei adquiruntur, ut hõ caute ambulet mortificando ſenſum carnis.

Audiens ſapiens, ſapientior erit.

Si audierit ſapiens plus accipiet, & intelligens

Solertia eſt rerum gerendarum induſtria.

ſolertiam comparabit, ut intelligat prouerbia, interpretationem, & ſapientum uerba, ac ænigmata, Timor domini initium eſt ſcientiæ. Sapientiam & eruditionē contemnunt ſtulti. Repetita eſt ſententia de fructu Verbi, ſed adiecta eſt conditio auditoris; Sapiens, inquit, plus accipiet, quod quid aliud eſt quàm quod in Euangelio inquit CHRIſtus, Habenti dabitur. Eſt enim ea Verbi natura, ut eos erudiat qui credunt: qui non credunt, quanquàm tractent Verbum, habeant in ore, tamen id etiam eripitur, hoc eſt obſcuratur. Neſciunt enim, ſicut Apoſtolus inquit, de quibus adfirmēt aut loquātur.

Timor dñi principiũ ſapientiæ.

Scriptura uniuerſa eſt antitheſis quædã .i. oppoſita rationi.

Addit ſuperiori ſententiæ rationem, quom timorem Domini uocat initium ſcientiæ. Primum enim uerbum Dei non audiunt ij, de quibus Pſalmus ait: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt deus. Et aduerſum quos Pſalmus xlix. inquit: Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum. Deinde opponit hanc ſententiam humanæ prudentiæ & hypocriſi, quæ ſi iudicat ſcientiam rerum uel morum conſequi poſſe citra illuminationem. At hæc opinio refellitur, quom dicit: Timor domini initium ſcientiæ. Item inſitum

eſt hoc

eſt hoc propriè rationi, ut flagret cupiditate diſcendi. Hanc quoq; mortificat hoc uerbum: Timor Domini initium ſapientiæ. Contendit enim ratio, ut Deum per ſapiētiam cognoſcat, & ipſe ſtulticia crucis cognoſci uult.

Imaginationes de Infinito bono & alia nihil conferunt, ſed ubi proſternor Verbo, ibi tum erigor ad Deum, hæc eſt ſtultitia crucis, quæ uere erudit. Per crucem eſt uia ad patrem, eadem uia nobis eſt ingrediendum.

Stulti, id eſt, prophani, uacui metu Dei, in quibus non eſt ſpiritualis ſenſus. Hæc quia non intelligunt quom audiunt, rident, ſed ſuo malo, id Sardonius riſus eſt. Spiritus loquitur per Solomonem ex adfectu paterno ad eos qui ſunt filij Dei. Sardonius riſus

Audi fili mi diſciplinā patris tui.

Induit Solomon patris perſonam quom docet: & quia ſentētijs ſuis rationis iudicium emendaturus eſt, ideo ſermonem ad puerilem ætatem inſtituit; quum uolt imbibere has ſententias, ut ſint ſemper ob oculos, quæ admoneant, ſicut & in Lege ſcriptum eſt de Verbo Dei, Deuter. ſexto: Ligabis ea quaſi ſignum in manu tua. Porrò patriam perſo

Nemo intelliget hoc Verbum, niſi adſumpſerit naturam Verbi.

nam induit, non modo ut oſtendat, quæ ſit docentium authoritas in eccleſia: qui item adfectus eſſe debeat docentium, ſed etiam ut oſtendat quæ ſit uoluntas eius, cuius organon tantum & ceu canalis quidam eſt Solomon. Sicut per labra ſeu canales manabat aqua ante tabernaculum: ita per ſanctos manat Verbum Dei, nec eſt ab ipſis ſanctis confictum.

Sollicitudo ſpiritus in ſcripturis reuocantis nos ad ſe.

Proinde nō patrem ſeſe Solomon fecit, ſed ſpiritus Dei, qui per Solomonem loquitur, paterno nomine blanditur nobis, ut inde uim amoris ſui erga nos æſtimemus. Notum illud eſt: Sic Deus dilexit mundum &c. atq; hæc fidei argumenta ſunt.

Porrò hic pueriles blanditias imitatus eſt, quom promittit capiti gratiam, torquem collo, quemadmodum ſolent pueris amuleta & bullæ, & ſimilia promitti.

Vt addatur gratia capiti tuo.

Capiti gratiam, id eſt, coronam aduerſus regnū mundi. Torques inſigne item aduerſus mundum.

Gratia coronam ſignificat, quam promittit pater: Eſt autem in Scripturis non raro uſurpatum, ut apud Hieremiam quinto Threnorum: Cecidit corona capitis noſtri. Et Eſaiæ XXVIII. Erit dominus co

nus corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populo &c. Pertinetq; & hoc ad Verbi uim declarandam. Eſt enim Verbum corona gloriæ, hoc eſt id quo gloriamur, & fidimus, & glorioſi reddimur, aduerſus regnum mundi ut coronati, hoc eſt non ſolum muniti, ſed etiam glorificati à Deo ſumus, ut Pſal. CXVIII. inquit, Tunc nõ confundar quom perſpexero in omnibus mandatis tuis. Vides Verbo appellationẽ coronæ tribui, derogari rõni. Vis Verbi

Et torques collo tuo.

Eſt & torques inſigne principum, ut teſtatur Geneſis XLI. ubi torque inſignitus eſt Ioſeph, redditq; res eodem, reges & principes, Verbi potentia, fieri. Diſciplinam, id eſt, eruditionem, caſtigationem. Nam caro ſeipſam non caſtigat, ſed opus habet Verbo Dei, quo caſtigetur, audi illud quo mortificeris. Integrum, id eſt, probum.

Si te lactauerint peccatores.

Prima cura & ſolicitudo carnis eſt de uictu, nec poteſt niſi ſpiritualibus oculis, furor ille cognoſci, ut ardeat animus impietate, cõtemptu diuinarum promiſſionum & minarum: ob eamq; cauſſam perſe-

quitur Verbi prædicatores, ſicubi queſtum impediunt. Iob penultimo capite dicit: Oculos Behemoth ut palpebras diluculi, hoc eſt, patulos ardua magnaq; ſpectantes & cupientes. Et Pſalm. CXLIIII. beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Et eodem Pſalmo teſtatur hos aduerſari Euangelio Dei, quom inquit, Quorum os locutum eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.

Vt de Alexā. Mag. & Iulio Cæſare legimus.

Huc pertinet & ſextum caput Amos, Væ uobis qui opulenti eſtis. Porrò quia prima hæc cura carnis eſt de uictu, prima illi paræneſis oppoſita eſt, quæ damnat & rei faciendæ cupiditatem, & impietatem eorum, qui propter uentrem Verbo aduerſantur. Porrò huic tentationi medetur multis locis Verbum Dei, Deutero. octauo: Non in ſolo pane uiuit homo. Et Matthæi ſexto: Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis. Eſtq; hæc huius loci ſententia, carnem furere cupiditate augendarum opum, & odiſſe eos, qui aduerſantur. Verum omnia fruſtra ſuſcipi à carne, fide uero diuinitus impetrari uictum.

Ratio ſemper ſolicita eſt augendi opes.

Inſidiemur ſanguini.

Vt Pſalmus nonus: Sedet in inſidijs cū diuitibus in occulto, ut interficiat innocentem.

Fruſtra

Fruſtra, ideſt, immerentem, nihil mali meritum.

Oēm p̄cioſam ſubſtant. reperiemūs

Adfectus eſt multis Verbis deſcriptus, ardet enim cupiditas cordis uehementius, q̃ ut poſſit à carne cognoſci, & cupit maiora, quàm efficere poſſit, ſicut de ſuperbia Moab ait Hieremias Cap. xxxxviij. Non eſt iuxta eam uirtus eius, ideſt, plura ſibi pollicetur, quàm poſſit efficere. Is eſt adfectus naturæ, ut plus uelit facere quam poſſit, non eſt contenta in eo quod facit, quantumuis uigilet, det operam ut locupletetur, tamen putat ſe minus facere, quàm debeat.

Pedes enim illorum.

Sic Pſalmus XLVIII. hæc uia illorum ſcandalum. Pedes illorum ſcilicet auarorum. ſunt enim auari homicidæ, occidunt eos, quorum mortem ſperant ſibi lucro fore.

Fruſtra autem iacitur rete.

Prouerbium inſerit paræneſi, non poſſe cautis imponi, ſed has inſidias nemo cauet, niſi qui Verbo Dei præmunitus eſt, ſicut in Pſal. ait: Lucerna

quitur Verbi prædicatores, ſicubi queſtum impediunt. Iob penultimo capite dicit: Oculos Behemoth ut palpebras diluculi, hoc eſt, patulos ardua magnaq; ſpectantes & cupientes. Et Pſalm. CXLIII. beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Et eodem Pſalmo teſtatur hos aduerſari Euangelio Dei, quom inquit, Quorum os locutum eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.

Vt de Alexã. Mag. & Iulio Cæſare legimus.

Huc pertinet & ſextum caput Amos, Væ uobis qui opulenti eſtis. Porrò quia prima hæc cura carnis eſt de uictu, prima illi parænesis oppoſita eſt, quæ damnat & rei faciendæ cupiditatem, & impietatem eorum, qui propter uentrem Verbo aduerſantur. Porrò huic tentationi medetur multis locis Verbum Dei, Deuterõ. octauo: Non in ſolo pane uiuit homo. Et Matthæi ſexto: Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis. Eſtq; hæc huius loci ſententia, carnem furere cupiditate augendarum opum, & odiſſe eos, qui aduerſantur. Verum omnia fruſtra ſuſcipi à carne, fide uerò diuinitus impetrari uictum.

Ratio ſemper ſolicita eſt augendi opes.

Inſidiemur ſanguini.

Vt Pſalmus nonus: Sedet in inſidijs cũ diuitibus in occulto, ut interficiat innocentem.

Fruſtra

Fruſtra, ideſt, immerentem, nihil mali meritum.

Oēm p̄cioſam ſubſtant. reperiemũs

Adfectus eſt multis Verbis deſcriptus, ardet enim cupiditas cordis uehementius, q̄ ut poſſit à carne cognoſci, & cupit maiora, quàm efficere poſſit, ſicut de ſuperbia Moab ait Hieremias Cap. xxxxviij. Non eſt iuxta eam uirtus eius, ideſt, plura ſibi pollicetur, quàm poſſit efficere. Is eſt adfectus naturæ, ut plus uelit facere quam poſſit, non eſt contenta in eo quod facit, quantumuis uigilet, det operam ut locupletetur, tamen putat ſe minus facere, quàm debeat.

Pedes enim illorum.

Sic Pſalmus XLVIII. *hæc uia illorum ſcandalum. Pedes illorum ſcilicet auarorum. ſunt enim auari homicidæ, occidunt eos, quorum mortem ſperant ſibi lucro fore.*

Fruſtra autem iacitur rete.

Prouerbium inſerit parænesi, non poſſe cautis imponi, ſed has inſidias nemo cauet, niſi qui Verbo Dei præmunitus eſt, ſicut in Pſal. ait: Lucerna

pedibus meis, Verbum tuum.

Ipſi quoq; cõtra ſang. ſuũ inſidiant.

Infida ſemper eſt ſocietas, ſemper alius alterum perſequitur, ut noluit ferre Pomp. Cæſarem.

Quod ait Eſaias, *non eſſe pacem impijs, idem hic monet, ne inter ſe quidem impijs probe conuenire.* Eſt *enim hoc iudicium* Dei, *ut impios impiorum manibus puniat. Sic in* Abimelech *& Siccinitis apparet. & Samſon uulpiũ caudas connexuit, ut auerſæ diſcurrerent: quod caudæ cohærent, eſt impietate conuenire, cætera diſſentiunt.* Et *hac quidem ratione dehortatur Solomon filium ab auarorũ ſocietate, quod ipſi ſeſe mutuo perdant.*

Sapientia foris prædicat.

Quod queruntur omnes Prophetæ & CHRISTVS, *non audiri uerbum, idem principio libri & Solomon deplorat.* Eſtq; *hic nouus locus, querimoniam ſeu obiurgationẽ continens eorum, qui* Verbum *non audiunt: ſic* Eſaias *capite* VI. *Audite audientes, & nolite intelligere.* Et Ezech. II. *Filij dura facie & indomabili corde.* E *Matth. xi. Cecinimus uobis, & non ſaltaſtis.* H*anc cæcitatem & hic inſectatur, & monet nimis magno conſtare contemptum* Verbi Dei. *Sed inter reliquas pœnas, quarum*

quarum hic mentionem facit grauiſſima eſt cæcitas, quæ comitatur contemptum Verbi Dei, ut ſecunda Theſſal. II. ſcribitur, Ideo mittet Deus illis operationes erroris, ut credant mendatio. Complectitur autem omnia genera eorum qui Verbum faſtidiunt, alij palàm Impij ſunt, alij frigent & ſunt ignauo ſpiritu, contra quos multa in parabolis Christus, ubi uigilare & ſobrios eſſe iubet, Matthæi XXV. In foribus portarum, id eſt, inter principes, inter ipſas multitudines. quæ dixi in occulto prædicate in tecto.

Paruuli, ideſt, imperiti, de qualibus dicit Eccleſiaſticus, qui non eſt tentatus qualia ſcit, & opponitur hoc uitium intelligentiæ.

Infantiam.

Imperitiã, imprudentiam, ſunt ignaui ſpiritu. Subſannatores delectantur ſubſannando, hoc peſtilentiſſimum genus eſt. Subſannatores ſunt, quibus uoluptas eſt contemnere Verbum Dei, metuunturq; omnia ſuo iudicio. & ſunt uel Phariſei uel gentes, de quibus eſt in Pſal. CXXXIX. Acuerũt linguas ſuas ſicut ſerpentes, uenenum aſpidum ſub labijs eorum. Subſannatores.

Ego quoq; in iteritu ueſtro ridebo

Ideſt, pauore ſubito confunduntur & impij, ſicut Eſaiæ XLVII. Veniet ſuper te repētina miſeria quam neſcis. & Pſalm. XXXIIII. Veniat illi laqueus quem ignorat.

Tunc inuocabūt me, & nō exaudiā.

Hoc minatur impijs Dominus fore, ut quommodo nō credant, poſtea adflicti non exaudiātur, ſicut & Eſau, Pſal. Clamauerunt & non exaudiuit eos. Ezech. VIII. Cum clamauerint ad aures meas uoce magna, non exaudiam eos. & Micheæ III. Clamabunt ad Dominum, & non exaudiam eos, uides cæcitatem & obſtinationem, qualis in Pharaone fuit, interminari ſapientiam contemptoribus Verbi.

Detraxerunt, ideſt, calumniati ſunt, rident increpationem, quæ fit Verbo Dei.

Proſperitas ſtultorum perdet illos.

Proſperitas ſtultorum ſcandalo eſt oculis carnis, ut iudicium Dei contemnat, & ſequatur ea quæ magnifiunt, quæ iucunda ſunt carni, opes, gloria,

gloria, uoluptas ineſcant impios, quos deſcripſit Pſalmus LXXII. *Zelaui ſuper iniquos pacem peccatoram. hanc proſperitatem auerſionem imperitorum uocat, quod à* Deo *auertat, & fiducia rerum præſentium capiatur, quomodo, &* Apoſtolus *uetat,* Ne *ducamus iugum cum gentibus, ideſt, ne miremur quæ illi mirantur.*

CAPVT II.

OBIVRGATIONI *rurſus generalem adhortationem ſubijcit, poſtulat ſe audiri, & pollicetur audiẽti timorem* Domini *, & dei cognitionem.* Hic *uide quãtum interſit inter* Verbum Dei, *& humanam inſtitutionem.* Ratio Deum non *oſtendit, aut certe timorẽ* Dei non *docet.* Nam *aut ciuilẽ quandam elegantiã morũ deſcribit, aut docet*

etiã uoluntati Dei ſatisfieri illa urbanitate morum, iãq; iuſticiã Dei eſſe iudicat, iã inflatur caro placẽs ſibi de ſua prudẽtia. quẽadmodum Babylon apud Eſaiam inquit, Ego ſum, & præter me non eſt altera, ita fidit ſua prudẽtia caro. Diuerſum eſt, quod Verbo Dei docetur, Timor Domini, hoc eſt, diffidere noſtræ prudentiæ, agnoſcere omnia in manu Dei poſita eſſe, nec prudentia noſtra quidq̃ uſq̃ effecturos eſſe nec iuſtitiam noſtram coram ipſo ualituram eſſe. Docetur item Dei ſcientia, ideſt, qua uoluntas eius cognoſcitur, qua tuetur, ſeruat, erigit fideles, ſicut & poſtea dicit, Reponit rectis ſucceſſum, & cætera.

Chriſto ſucceſſus repoſitus .i. abſconditus erat, uidebatur enim perire, cum crucifigeretur

Hanc Dei uoluntatem certe ratio nec uidet nec capit. Ad eundem modum & ſupra monuit, Timor Domini principium ſcientiæ, quaſi ſic diceret, miſeram cæcitatem hominum, ipſi ſe ſua prudentia, ſua iuſtitia aliquid effecturos eſſe confidunt, nec intelligunt, nihil fortunare Deum iјs, qui eius metu uacant. Huc pertinet illud Iob XXVIII. Ecce timor Domini is eſt ſapientia. Eſt egregius ille locus, docuit fruſtra nos contendere ad Deum noſtris uiribus, ſed timore, hæc eſt huius loci ſumma, qui audierit Verbũ Dei, is ſapiens erit, nõ ratio docet.

Inclina

Inclina cor tuũ ad cognoſcendũ.

Primum iubet corde percipi, nam ea eſt longæ illius periodi ſumma. Ratio ſimulat ſe cognoſcere Verbum Dei, *at hic poſtulat corde audiri, ut damnet hypocriſin, niſi enim corde audiatur, non cognoſcitur.* Deut. XXIX. *Viderunt oculi ueſtri ſigna & portenta &c. & non dedit uobis* Dominus *cor intelligens. Volt itaq; Solomon corde percipi, quod ut fiat, neceſſe eſt nouum cor fieri, quemadmodum dixit:* Inclina *cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam:* Pſal. CXVIII.

Tunc intelliges timorem dñi.

Secundus locus: Verbũ dei docet amorẽ Dei *& cognitionẽ dei, eaq; conſequũtur, qui q̃runt, iuxta illud: Pulſanti aperietur. Vides aũt inſertã eſſe promiſſionem adhortationi, pollicetur enim fore, ut inueniant qui quærunt: Venite ad me qui onerati eſtis.* Iohel. *Conuertimini ad dominum.*

Quia dñs dat ſapientiam.

Tertius locus, Dominus *dat ſapientiã, aperta ſententia eſt, qua rationi adimitur ſapiẽtia: ſicut et* Pſal. XCIII. *ait: Beatus hõ quẽ tu erudieris.* Et Eſaiæ LIIII. *Dabo uniuerſos filios tuos doctos à deo.*

Vbi laborare ceperis, non fuge ſapientiam, ſed pete ab ea, & conſequeris timorem Domini, *id quod non doceret te ratio, quæ per ſapientiã uolt* Deum *cognoſcere.* Quia Dominus *dat ſapientiam ideſt, ſpiritum* Dei. *Ideo inuocabimus & quæremus, quia penes nos non eſt, ſed* Deus *dat.*

Cuſtodit rectorum ſalutem.

Quia hortatur ut audiamus Verbum, *cauſſam ſubiecit, à* Domino *dari ſapientiam. nunc cætera ſubijcit, quæ prudentiæ carnis adimit, &* Deo *adſcribit. Sic enim ſentit caro, fortunam ſeu ſucceſſum comitem prudentiæ eſſe.* At Solomon *ait ſucceſſum rectis à* Deo *reponi. rectis, ideſt, fidelibus: reponi, ideſt, abſcondi, ut oportune promatur. quia ſancti adfliguntur, ut nihil minus uideatur, q̃ bene ſuccedere.* CHRISTVS *crucifigitur ac moritur, eccleſia premitur, ſed tamẽ promit ſucceſſum oportune, modo expectes & ſuſtineas conſilium* Domini. *Habes exemplum in* Ioſeph, *qui quom quatuordecim annis in ægypto grauiter adflictus eßet, tandem erectus eſt.* Hic *locus fidei argumentum continet, & erigit conſcientiam, quom teſtatur ſucceſſum, ſalutem à* Domino *repoſitam eſſe,*

Magno diſcrimine ſeruatus eſt Ioſeph in ægypto.

ut ſuo tempore promatur. Sicut & Dauid ait Pſalmo quarto: Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum, id eſt, tanquam occumbẽtem ſeruat. Et Pſal.i. Dabit fructum in tempore oportuno.

Humana prudentia putat ſe omnia poſſe, quom tamen non poſſit, ſed Verbum Dei docet aliud, Deus tantum dat ſi credideris. Omnia ſuccedent non tuis conſilijs: ſicut Ioſeph mirabili modo uenit in ægyptum magno uitæ diſcrimine, tamen ſeruatus eſt, ſic & nos oportet, nam eſt exercitium fidei.

Protegit gradientes ſimpliciter.

Quam uocem hic uerbo ſimpliciter reddidit, eam aliàs uocabulis integri, immaculati uertit, & ſignificat incorruptum, probum, eſtq; ſententia, Deus protegit incorruptos, id eſt, eos in quibus nõ eſt neuus, nullus morbus, ut eſt in uitioſis animalibus, hoc eſt, quorum fides eſt ſana & incorrupta. Et hæc ſententia opponitur humanis conſilijs, quibus putat caro ſe tutam eſſe aduerſus omnia, ſed de his dicit Pſalmus quintus: Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum.

Seruans ſemitas iuſticiæ.

Id eſt, eos qui ingrediuntur in ſemitis iuſticiæ. Et tunc intelliges iuſticiam, quom inclinatus corde fueris. Aequitatem, id eſt rectitudinē, ne in cultu Dei aliquid nobis arrogemus. Conſilium cuſtodiet te & prudentia, id eſt, Verbo præparatus eris aduerſus omnes inſultus.

Per Verbum conſulti, prudentes efficimur. Inſidiæ mundi & Sathanæ intelliguntur cognito Verbo Dei. Ideo tandem caueri poſſunt, Sathan enim conijcit nos in ſpeciem bonæ rei, tamen exitus eius non reſpondet expectationi, ut ardere cupiditate rei augendæ, probat caro, Verbum autem damnat.

Vt eruaris a uia mala.

Viæ malæ ſunt, omnis ratio uitæ carnalium hominum, alius uoluptates quærit, alius gloriam, alius opes &c. Quæ omnia uocauit Pſal. primus uia peccatorum & conſilium impiorum.

Ab hoīe qui peruerſa loquitur:

Id eſt, ab impia doctrina, nihil peſtilentius eſt impia doctrina, ſed eam iudicare captus carnalis nō poteſt. Propterea oportet Verbo armatos eſſe aduerſus Pſeudoprophetas.

Qui relin

Qui relinquunt iter rectum

Scilicet Fidei.

Cum malefecerint.

Vt Pſalmus quinquageſimus primus: Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate. Impius cum uenerit in profundum, contemnit, aliàs dicit.

In rebus peſſimis, id eſt, in ſubuerſione proximi. Quorum uiæ peruerſæ, ſicut ſupra dixit, qui relinquunt iter rectum.

Vt eruaris à muliere alienà, id eſt, impia doctrina mollit ſermones. Paulus docet ſermones malorum eſſe χρηστολογίας, ſunt carnales promiſſiones, ut promittit, quod poſſimus noſtro conatu uitã conſequi, quod mire gratũ eſt carni. Nã conſcientia cupit in hac re certa eſſe. Luctatur enim ſecum conſcientia, ideo uolt certa eſſe conſequuturã uitam, ut Iudæi ex ægypto exeuntes, uidebant manifeſte deũ adeſſe, tum quom deeſſet aqua dicebant, adeſt ne Deus? dubitant, cum tamen ſignis certi eſſent, & tribuebant conſilio Moſis, quod eduxiſſet eos: Ecce impietas, non uidet quomodo ſeruari poſſit manu Dei, ideo parat ſibi quandam uiam,

En, dicit, hanc uiam ingreſſus ſaluaberis: ſic certis operibus promittit ſalutem, quom tamen habeamus contrarium, Crede & ſaluus eris: & non ſic, Operare & eris ſaluus. Hæc eſt illa χρηστολογία id eſt, carnalis quædam promiſſio, aduerſus quam deberemus eſſe armati, ut dicit Petrus.

Extranea.

Habes deſcriptionem Synagogæ Ezechielis capite decimoſexto, quæ mire huic loco conuenit, qua cognoſcitur & ſtatus noſtræ eccleſiæ. Ducem, *id eſt, Doctorem.* Mollit, *id eſt, docet.*

χρηστολογίας, id eſt, talia quæ placeant carni, ut ſi quis colat Valentinum, eſſe tutum à morbo regio, iſta ſunt admodum craſſa, & plus q̃ gẽtilia.

Pacta eſt cum Deo Synagoga, quod uelit facere quæ uelit Deus, nunc autem aliud inſtituit, ut nos in baptiſmo renunciauimus diabolo, & pacti ſumus cum CHRISTO, *eius pacti obliuiſcimur, & comminiſcimur nouas uias, ille hoc, ille aliud opus inſtituit.* Inclinata *eſt enim ad mortem domus eius: Doctrina enim peruerſa ducit ad mortem.*

Non reuertentur.

Scilicet

Scilicet excæcati impia doctrina & opinione, ſicut & in Pſalmo dicit ſexageſimo octauo: Dorſum eorum ſemper incurua, ne adprehendant ſanam doctrinam, qui in inuentionibus ſuis ambulant.

Qui enim recti ſunt habitabunt in terra.

Tropus hic eſt, habitare in terra, permanere in terra, quod ad terram uiuentium referendum eſt, ſicut inquit in Pſalmo, Credo uidere bona domini, id eſt, bona ſpiritualia: in terra uiuentium, id eſt, uidebo tum, quom fuero uiuificatus, tũ ſemper durabit uita. Hinc Rom. iiij. hæreditatem mũdi adpellat. CHRISTVS *eſt illius hæres, ſic & omnes credentes. Illud eſt eſſe ſupra peccatum, ſupra mortem, & dominum omnium in terra, id eſt regnum poſſidebunt, quod promiſſum eſt Abrae, & ſemini eius, hoc eſt dominabuntur morti & peccato, & omnia ſunt ſubiecta pedibus eorum: dicent monti huic &c. Lucæ undecimo.*

Finis Capitis
Secundi.

CAP. III.

IAM REDIT AD PA*ræneſes peculiares, poſtea q̃ queſtus eſt nõ audiri Verbum, & prius q̃ illas recenſeat, rurſus hortatur audire Verbum: & primũ quidem docet quæ conſequantur, quos fructus pariat pietas, longitudinem dierum, annos uitæ, pacem, miſericordiam, & ueritatem* Dei *erga nos.* Ex Deuter. xxx. *exceptus eſt locus de longitudine dierum, ubi ſic ſcriptum eſt:* Diligas *dominũ* Deum *tuũ, & obedias uoci eius, et illi adhæreas, ipſe eſt .n. uita tua, & longitudo dierũ tuorũ.* Itaq; *adparet locutũ* Solomonẽ *de uita, quæ ex fide oritur, ea uero eſt uita æterna.* Durat *aũt & in carne.* Et *quia uidit* Dauid, *Deum eſſe nobis longitudinem dierũ, dixit* Pſal. XC. Lõgitudine *dierum replebo eum, id eſt, uiuificabo eũ.* Et *reſurrectionem* CHRISTI *deſcribens* Pſal. xx. *inquit* Lõgitudinem *dierũ in ſeculum ſeculi.* Ad *eundẽ modum & de pace dicimus: loqui* Solomonẽ *de pace, quæ iu*

Verbum Dei non ſtatim intelligitur audito carnalibus auribus.

quæ iuſticiam fidei comitatur, non eſt enim pax im pijs. At pax illa, fidei opus, ſpargit ſe in omnes parteis, huius etiam uitæ: efficit ut erga Deum & erga creaturas alacri corde ſimus.

Miſericordia & ueritas te non deſerent.

Miſericordia ſignificat beneficentiã, ueritas fidelitatẽ, ſeu fidelem animũ erga aliũ: Eſtq́; hæc ſententia, ſi audieris Verbũ dei, cognoſces eũ, quare fiet, ut miſericordia eius erga te, et fidelitas eius erga te, nunq̃ te deſerant. Locus acceptus eſt ex Pſal. xxiiij. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas requirentibus teſtamentũ eius, id eſt, qui eius uerbo audiunt, iſti uident bonũ eſſe patrẽ, & hãc eius eſſe conditionẽ, ut ſit miſericors & fidelis, adſit, ferat opẽ quoties res poſcit, ut Paulus ait: Fidelis eſt deus, q nõ patietur uos tẽtari ultra q̃ ferre poteſtis. Hac figura uerborũ ſæpe Pſalmi utũtur xxxix. Miſericordia tua & ueritas tua ſemp ſuſceperũt me. Lxxxiiij. Miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi. Lxxxviij. Et ueritas mea & miſericordia mea cum ipſo. Ecce aũt grauiſſimã promiſſionẽ pollicetur pater ijs, qui ſe requirunt miſericordiam & fidelitatem ſuam. Miſericordia, Veritas

Habe fiduciam in domino.

Parœneſis eſt ex primo præcepto ſumpta, Habe fiduciam in domino, eſtq; primu præcepti interpretatio quædam, exigit enim fidem quom inquit, Ego ſum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra ægypti. Item zelotes. Item: Faciens miſericordiã. Timorem uero quom ait: Viſitans iniquitatem patrum &c.

Prima lex eſt de cultu Dei, dicit primum omniũ neceſſe eſt, ut cor tuum concipiat me tibi eſſe Deũ, & qui tui rationem habeam. Rationem nunquam eò perducemus, ut intelligat hæc uerba, Ego dominus Deus tuus, id eſt, ut ſentiat ſe curæ eſſe Deo. Qui eduxi, id eſt, unde talis ſum, qui ſperantibus in me præſto ſum. Et rurſus, qui me perſequuntur de eis ſum ſumpturus ſupplicium. Hoc enim ſigno, propoſuit eum eſſe nobis Deum. Sic nunc in Chriſto, in eius reſurrectiõe propoſuit nobis pignus ſeu teſtimonium ſuæ erga nos uoluntatis bonæ.

Zelotes *Zelotes, uſq; adeo ſum de te ſolicitus, ut poſtulem, ut cor non auertas à me, non fert enim ut cor aliò feramus. Diligenter ergo perpendendum, quid hoc ſit, Ego ſum dominus Deus tuus. Verbum autem ſo*

tem ſolum id docet, docente intus ſpiritu ſancto. Ex toto corde ſcilicet quia zelotes ſum.

Ne innitaris prudentiæ tuæ.

Habes & hic apertas ſententias, quas libero arbitrio opponas, Ne innitaris prudentiæ tuæ, nec in corporalibus neq; in ſpiritualibus. Debemus .n. *parati eius uoluntatem expectare, & ab ipſo uelle cingi.* Huc pertinet *& quod in* Pſalmo *quinquageſimo nono eſt:* Vana *ſalus hominis.* Item: Maledi*ctus qui confidit in brachio carnis.* Pſal. XXXVI. Reuela *ei uiam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet*

Contra libe rũ arbitriũ.

In omnibus.

Iam occurrit curioſitati carnis, dicens, Non *ſis ſollicitus de tua conditione aut uita, ego faciam.* In Iohanne *ultimo capite:* Captant *piſces tota nocte, ſed fruſtra. At ubi* Verbo Domini *conijcitur in undas rete, tum primum fuit fœlix piſcatio. Si igitur aliud inſtituimus quàm quod* Deus *uelit, infœliciter cedit.*

In omnibus uiis tuis cogita illum

Porrò quia uetat inniti prudentiæ noſtræ, ſta-

cc

tim quæritur, Quid igitur inſtituemus? Quomodo res geremus? Ideo reſpondet, In omnibus uijs tuis cogita illum, id eſt, hoc facias ad quod uocatus es, & confide dominum eſſe cui adminiſtratio uocatio nis tuæ curæ ſit.

Ne ſis ſapiens apud temetipſum.

Sapientia carnis

Sapientes apud ſeſe ſunt, qui non ſunt in Deo *ſapientes, ſed gloriantur, & fidunt ſua ſapientia.* C*uiuſmodi ſunt illi* Iohannis *nono.* Dicitis *uidemus & peccatum ueſtrum manet.* Et Hieremiæ *decimo,* S*tultus factus eſt omnis homo à ſapientia ſua.* Vide *ut ſileas, ſuſtine uoluntatem eius, ſi conijciat te in uitæ genus, in quod non uolebas.*

Ne *ſis ſapiens, id eſt:* Non *fide tua ſapientia.*

Recede *à malo, id eſt, ab eo quorſum te tua ſapientia flectit, aut quorſum illa tendit.*

Noſtri Sacrificuli

Impiū *conſiliū fuit, quod parentes dederunt nos præceptoribus ut diſceremus, ut tādem conſecraremur.* Ideo Deus *non permiſit, ut aliquid diſceret in ſacris:* Vani *facti ſunt, non faciebant id, ut facerent uoluntatem* Dei, *ſed ut ipſi haberent unde uiuerent.* Sic *hodie* Concionatores *omnes uolunt fieri: ſequimur prudentiam carnis, tantum ut do*

ceamus

ceamus alios, & non ut nos meliores ſiamus.

Vmbilicis.

Ideſt cupiditatibus tuis, ut Ezech. decimo ſexto, Vmbilicus tuus nõ erat præciſus. Significat autem cupiditates, quæ Verbo Dei ſeu timore Dei ſanantur, non intentionibus humanis. Vmbilicus

Increpuerunt me renes mei, ideſt, imbecillitas me ſolicitabat deſperationibus, quemadmodum Eſaias inquit quadrageſimo, Qui ſperant in domino mutabunt fortitudinem, adſument pennas, ſicut aquilæ, current, & non laborabunt.

Irrigatio.

Ideſt, uiuificatio, ut infrà Cap. undeuigeſimo timor Domini ad uitam. Sanitas ideſt timor ipſe uiuificabit te. Verbum Dei autem ille timor eſt, & amorem facit. Irrigatio

Honora dñm de tua ſubſtantia.

In enarratione primi præcepti, operum quoq; mentionẽ fecit, ut extent aliqua eius fidei ſigna, quã paulo ſuperius requiſiuit. Nam is eſt operũ oĩm finis, ſiue ceremoniarum ſiue elemoſynarum.

Secundum, & ut doceat qui ſit operis uſus pro
miſsionem adiecit, quæ certe non poteſt niſi fide ac
cipi, adeoq; ſatis adparet nec primitias recte offer
ri ſine fide, niſi enim ob eam cauſſam offeras, pro
pter quàm offerri iubet lex, nihil promoueris.
Lex autem ideo offert, ut teſtetur Dei donum eſſe
quicquid obuenit, quæ fides ſi abſit opus impiũ eſt.

Signa tantũ mutantur, ſed fides ſemper eadem manet.

Tertium, continet hæc Paræneſis ſuperiorum
confirmationem: ſupra enim iuſſit Deo fidere, &
illũ in omnibus uijs noſtris reſpicere et agnoſcere:
hic ſubijcit è Domini manu effundi bona, nec pa
rari noſtra induſtria aut cura.

Et de primitiis frugum omniũ.

Deuter. uigeſimo ſexto, de primitijs ac decimis cõ
ſtitutum eſt, quo loco colligi poteſt, quis ſit primi
tiarum aut decimarum uſus. Et quod non ſunt o
pera, ſed ſigna ſeu Mnemoſyna fidei, nec dubium
eſt, quin ſit inde locus hic acceptus. Sunt itaq;
primitiæ & decimæ ſigna, quibus teſtatur fidele cor
ſe à Deo accepiſſe prouentus. Vera oblatio primi
tiarum eſt gratiarum actio, qua cor agnoſcit ſe diui
nitus accipere. Sic docet locus ille Deut: uigeſimo
ſexto. Et præcipit Apoſtolus. I. Timoth. IIII.

Decimæ

cum

cum gratiarum actione percipere. Confitetur & Solomon primi Paralipo. uigeſimo nono, Tua ſunt *omnia, & quæ de tua manu accepimus, dedimus tibi, ideo & hic ait, honorē habe: honor enim cō feſſio eſt, qua teſtificamur, quod* Deum *ſentiamus regnare.* Pſal. XLIX. *inuocationē nominis* Dei *honorem uocat,* Imola Deo *ſacrificium laudis &c. quo loco diſcernit oblationes omnes ab honore, qui nomini ſuo habetur, ut doceat id unum eſſe ſacrificium, honorem haberi nomini eius, inuocare, gratias agere &c.*

Honora, *ideſt, fideli corde agnoſce donū* Dei *eſſe, quod obuenit.* De tua *ſubſtantia* Eſa. LXI. Odio *habens rapinam in holocauſtum.* Omnium *frugum tuarum, de quibus oībus eſto* Deo *gratus.*

Primitiæ *ſignificant id quod eſt lectiſſimum & ſuauiſſimum, & optimum de fructibus.*

Nomen, *gloriam, honorem, illa decerpit ſibi caro.*

Da *pauperibus, temere inſertum eſt, & aſſutum credo ex aliqua gloſſa.*

Primitiæ *inchoationem,* Decimæ *conſummationem ſignificant.*

Deus *infligit cæcitatem ijs, qui impio conſilio*

ueniunt ad ſtudium ſacrarum literarum.

Primũ præceptũ exigit ut fidamus et timeamus

Diſciplinam domini fili mi ne abiicias.

Ratio negat ſe Deo curæ eſſe, & tribuit aduerſa & proſpera uel imprudentiæ uel fortunæ. Hos in Threnis caſtigat Hieremias: Quis eſt iſte qui dixit, quod fieret domino non iubente? Ex ore altiſſimi nec bona nec mala egrediuntur. Et Sophoniæ pri. Viſitabo ſuper uiros demerſos in fecibus ſuis, qui dicũt in corde ſuo, nõ faciet dominus bene aut male

I Primum itaq; eſt, ut ſentias te Deo uolente adfligi, quemadmodum teſtantur ſuperiores ſententiæ. Et Dominus inquit: Non cadet capillus &c.

II Secundo. Nec hoc ſatis eſt, ſic enim & territæ conſcientiæ iudicant. Eſtq; hoc legis iudicium. Proinde petenda eſt ab Euangelio conſolatio, quod bona uoluntate Dei patiare, & quod ſalutaris ſit adflictio, id docet hæc ſententia: Quem diligit dominus corripit. Et Exodi cap. uigeſimo: Nolite timere, ut enim probaret uos uenit Deus &c. Et teſtatur adeſſe ſe dominus ijs, qui adfliguntur, ut Pſalmo tredecimo: Iuxta eſt dominus ijs, qui tribulato

ſunt corde

ſunt corde. Et *Matthæi undecimo*: *Venite ad me omnes qui laboratis &c.*

Tertio, *Volgare eſt in omnibus uitæ generibus, ut ſuam ſinguli ſortem indigne ferant, fremant aduerſus uoluntatem* Dei, *quemadmodum populus quom clamat*: Eſt *ne dominus in nobis, an non?*

Porrò id eſt, quod hic uetat deficere. Huc *pertinet, quod eſt octauo capite* E*ſaiæ*: Non *dicatis cõiuratio, omnia enim quæ loquitur populus iſte, cõiuratio eſt*. Do*minum exercituum ipſum ſanctificate*. V*ides ſuſtinere manum* Domini, *& ab ipſo expectare opem, id eſſe, quod ſanctificare dominum*

Beatũs hõ qũi inuenit ſapientiã.

Exclamatio eſt de laude Verbi, *quam ſubiecit ſuperiori ſententiæ de fide & de cruce, admirans diſcrimen rationis & illuminationis ſpiritualis*. Q*uid eſt enim ſtultius quàm quod docuit, non eſſe innitendum noſtræ prudentiæ, ne ſimus ſapientes in oculis noſtris, id eſt, ne regamur noſtra ſapientia*. H*æc quom audit caro ridet* Euangelium *&c.* Non *diſſimilis eſt exclamatio illa, quæ eſt in* P*ſalmo nonogeſimo tertio*: B*eatus homo quem tu erudieris* Domine, *& de lege tua docueris eum*.

Caro *nihil habet melius ſua iuſticia*

Et quid uocet ſapientiam, docent ſuperiores illi loci, ubi noſtram prudentiam diſcreuit à fide & timore. Hoc in *ſumma agit* Scriptura, *ut doceat beatitudinem non eſſe in ijs rebus, quæ à carne cernũtur uel quæruntur, ut ad* Romanos *ait capite octauo: Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt.* Beatitudo *eſt ſapientia* Dei. At *caro falſo putat humanam eſſe ſapientiam quæ beet.* Ideo *non auro tantum aut gemmis, ſed omnibus quæ deſyderantur, hoc eſt, magnifiunt, in admiratione ſunt, præfertur ſapientia* Dei, *Hieremiæ nono.* Non *glorietur uir in ſapientia ſua, ſed in hoc glorietur, ſcire & noſſe me.* Et Pſalmo *decimo octauo:* Deſy*derabilia ſupra aurum, & lapidem precioſum, quaſi diceret,* Ille *non eſt beatus qui præter humanam ſapientiam nihil habet, ſed inuenit eam, de qua ſupra dictum eſt.* Et *qui adfluit, id eſt, haurit prudẽtiam.* Fru*ctus, id eſt, ſpiritualis gubernatio.*

Beatitudo quid

Q*uæ deſyderantur, id eſt, magnifiunt, in admiratione ſunt.* De*xtra eſt plerunq; ſapientia, qua cum* Deo *agimus.* Vi*æ eius, id eſt, conuerſationes, germanice wueſen.* O*mnes ſemitæ pacificæ, id eſt, fortunatæ uel proſperæ.*

Dñs ſapientia fundauit terram.

Quem

Quemadmodum Pſalmo trigeſimo ſecundo laudat Verbum Dei, quod per ipſam & in ipſo condita ſint omnia & conſiſtant. Item Pſalmo CXVIII. In æternum domine permanet Verbum tuum. Ita hic laudat ſapientiam. Eſt enim ſapiētia ipſum uerbum, de quo ad Hebræos ſcriptum eſt: Portans omnia uerbo uirtutis ſuæ.

Proinde ſic argumentatur, Quia ſapientia ſeu Verbo condita ſunt omnia, ſeruantur omnia, ideo ſentias te quoq; eodem Verbo ſeruatum iri. Iam & creationis admonet, ut ſentiamus omnia in manu Dei conſiſtere, & manu Dei adminiſtrari, ut ad Epheſios primo ſcriptum eſt: Qui facit omnia ſecundum conſilium uoluntatis ſuæ. Porrò quia ipſe ſuſtinet omnia, ideo nos illi credamus, Nam caro, quia in creaturis non cernit Deum, ideo creaturis fidit, non Deo.

Cultus Dei eſt fidere & timere, & hic cultus teſtificatur externis ſignis: ubi timor non eſt, ibi neq; fides eſſe poteſt: ubi neq; fides neq; timor, ibi neq; Verbi intellectus.

Caro nihil habet melius ſua carnali prudentia & iuſticia.

Mores non ſunt mali, ſed quod ratio ſentit hos

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mores eſſe iuſticiam coram Deo, hac parte erratur, hæc eſt impietas.

Quæ ſit uis Verbi Dei, *illi intelligunt, qui Verbo* Dei *utuntur: Non utuntur autem iſti, qui ſecuritate quadam ſtertunt, aut qui palàm contemnunt.*

Magnum eſt nouiſſe quod Deus *diligat quos caſtigat.*

Verbum Dei *eſt abſconditum myſterium, quod mundus non cernit, neq; à carne intelligitur.*

Noli prohibere benefacere.

TRANSLATIO PHILIPPI.

I *Non arcebis bonum (id eſt beneficium) à uiro, (id eſt ab eo, cui res eſt cum beneficio) ſi facultas ſit ad faciendum, id eſt, ſi poſſit benefacere.*

II *Non dicas proximo tuo, Vade & reuertere & cras dabo (id eſt, Ne ludificeris eum) quom facultas ſit tecum.*

III *Ne machineris proxio malũ, ut habitet ſecure tecũ.*

IIII *Ne litiga fruſtra cum homine, ſi nihil mali reddiderit tibi.*

Ne emuleris uirum iniurium, nec elige uias eius,

V *quia abominatio Domini, criminator, & penes rectos ſecretum eius eſt.*

Corroſio

Corroſio domini in domo impij, & habitaculis iuſtorum benedicet. VI

Deriſores deridebit ipſe, & pauidis dabit gratiam, gloriam ſapientes hæreditate accipient, & ſtulti exaltati euerſionē conſequētur, ſcilicet abominatio eſt corā Deo, quidquid eſt ſublime inter hoïes. VII

Abſoluta interpretatione primæ tabulæ, & ſecundam enarrat, & charitatis leges proponit, quibus cum conferre poſſis caput Matth. v. Prima lex uetat negare beneficium proximo, ſi poſſis benefacere: quod nihil aliud eſt, quàm quod CHRISTVS iubet, Da omni petenti te. Hic uides eum communionem rerum exigere, ut inter nos res, honorem, operas, & omnia communicemus. Habes huius legis tractationem II. Corinth. VIII. *Leges charitatis.*

Secūda uetat ludificari proximū, ut præceptum eſt Deut. xv. ne qd callide faciamus in neceſſitatibus proximi: ſeu ut Paulus præcepit, ut ſimus alij pro alijs ſolliciti, quemadmodum pro liberis parentes. *Philoſtorgi, dieyn laſſen frembde not zu hertzen gon.*

Tertia uetat uim adferre aut inſidiari, uti capite iiij. Theſſalo. præceptum eſt, ne quis opprimat aut fraudet in negocio fratrem ſuum.

Quarta iurgari uetat, ne quis inſons traducatur aut infametur, qa honore debemus etiā antevortere

Correptio fraterna.

alij alios, Romanos duodecimo, & Leuitici undeui geſimo, Non eris criminator &c. At lex præcipit, ut ſontes corripiamus, & niſi reſipiſcat deferamus ad eccleſiam: Leuitici decimo nono: Nō oderis fratrem, ſed publice argue eum, ne ſuper illo peccatum habeas.

Quintam legem exponit Pſalmo trigeſimo ſexto. Quod autem ſecretum penes rectos eſſe ait, ſignificat rectos noſſe bonitatem, uoluntatem & iudicium Dei. Itaq; in domino gloriantur. Impij quom ignorent bonitatem Dei, gloriantur in opibus ſuis.

Corroſio domini ſcilicet, ſicut infra rubiginem uocat impietatem regis.

Ne emuleris uirum &c. id eſt, Ne emulatione eius accendaris, Ne compara te ex exemplis hominum, ſed expecta dominum, ipſe te erudiet.

Pauidis dabit gratiam, id eſt, timentibus Dei, ſicut infra ait, Beati qui pauidi ſunt.

Criminator is eſt, qui ridet Verbum Dei.

Finis Capitis Tertij.

CAPVT IIII.

RVRSVS ADHORTAtur ad audiendum Verbum idq; fit ſæpius, quià frigeſcimus & contemnitur Verbũ.

Audire eruditionem, eſt audire increpationẽ, quod quom fit, cõfitemur quod iuſto Dei iudicio adfligamur: ſicut apud Danielem dicitur, Tibi Domine gloria, nobis confuſio faciei noſtræ.

ij. Timoth. 4 Prædica Verbum, inſta oportune, importune, argue.

Vt ſciatis prudentiam.

Id eſt, animaduertatis opera & uerba Dei, hoc eſt, Ne contemnatis minas & promiſſiones Dei, arrigite aures &c.

Donum bonum, id eſt, doctrinam bonam in hebræo legitur. Legem meam ne derelinquatis, id eſt, ne contemnatis, ſinite ut ſit efficax.

Nam & ego filius fui patris mei.

Argumentatur à ſuo exemplo, ut uerbi gratiam

teſtatiorem reddat, quaſi ſic dicat, hoc Verbum quod uos doceo acceperunt patres à Deo, mandatumq; fuit ut filios docerent.

Vnigenitus, ideſt, chariſſimus, præ cæteris dilectus. Poſſide, ideſt compara, audi ſapientiam, id eſt Verbum.

Compara ſapientiam.

Comparandam eſſe ſapientiam

Comparare ſapientiam eſt carnis ſapientiam euacuari, ut cor deſideret & ſitiat cognitionem bonitatis Dei. Sicut in Cãtico legitur, Eſurientem impleuit bonis. Nam illi, Ioannis nono, ideo cæci ſunt quia dicunt ſe uidere. Et Eſaiæ uigeſimo octauo: Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte &c. hoc eſt à carnali ſapientia. Iubet itaq; Solomon comparare ſapientiam, hoc eſt mortificare ſenſum carnis.

Regnum & omnia conſequimur fide. Vt multiplicentur tibi anni tui, Verbum enim uitam dat æternam. Semitas tuas, qua recta itur in Domini uia. Currens non habebis offendiculũ, ideſt, fœliciter cedent ea quæ agis. Tene diſciplinam, ideſt, perſeuera in correctione, ne frigeſcas ſecuritate carnali, ſiue ut ſemper mortificet quod ſupereſt. Ne

dimittas

dimittas eam, ideſt, ne laſſeris, ſicut ſupra præcepit. Ne defitiamus ſeu murmuremur quom corripimur à Domino. *Cuſtodi illam, quia illa eſt uita tua, quom tamen uideatur carum mors eſſe.* Ne de*lecteris ideſt, ne cupias ea quæ ſolet mundus.* Nō *dormiunt, ideſt, non quieſcunt:* Rapitur *ſomnus, id eſt, non dormiunt, niſi omnia fecerint.* Come*dunt panem impietatis, ideſt, fruuntur carnali ſenſu, qui approbat facta carnis.*

Totum *caput adhortatio quædā eſt, cuiuſmodi multæ ſunt ad caput uſq; decimū, illa adhortatio eſt eiuſdem argumenti, quibus conſtabant ſuperiores, argumentatur aūt* Solomon *à fructu* Verbi.

Timor Domini, *eſt comparare ſapientiam.*

Natura *mendacio credit, ueritati non credit, quia ueritatem non poteſt intelligere.* Comedere *panem impietatis & bibere uinum iniuriæ, eſt certe* Verbum *humanum, & huius* Verbi *fructus eſt facere rem aliorum damno.*

Omni cuſtodia ſerua cor tuum.

Supra *quaſdam parænеſes de charitate propoſuit, hic monet pleraq; quæ ad priuatam conuerſationem pertinent.* Primum *iubet cor cuſtodiri,*

quia Satan ceu leo rugiens circumit, quærens quē deuoret. Ideo et Lucæ uigeſimo primo præceptum eſt, uigilare omni tempore orantes. Et Epheſios ſexto: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.

Remoue a te os prauum.

Obſcena lingua. *Primum læditur cor lingua blaſphema, obſcena conuiciatrice, ſiue ex alio audias, ſiue ipſe dicas, quod eſt omnino certiſſimum argumentum impij cordis, Sicut* CHRISTVS *ait: Ex abundantia cordis os loquitur. Sermones impij & periuria præcepto ſecundo & octauo prohibentur. Et Eccleſiaſtes, Ne dicas coram angelo (id eſt Deo) non eſt prouidētia. Et ad Coloſſenſes quarto: Sermo ueſter ſit gratioſus ſemper, & ſale conditus. Et Epheſios quinto, uetat ſcurrilitatem & urbanitatem. Et ad Corinthios, Corrumpunt bonos mores, colloquia praua.*

Oculi tui recta uideant.

Inuidentia. *Læditur cor æmulatione alienæ fœlicitatis & dignitatis, ita fit, ut ſuam ſortem faſtidiat, nec perſeueret in uocatione ſua, ſed ſubinde alia tentet.*

Huc acc

Huc accedit æmulatio, de qua ſupra dictum eſt, quæ iraſcitur iudicio dei, quod alios prætulit nobis, alios auctiores fecit, nos ſordeſcamus, pereamus. Iubet itaq; ut noſtram conditionem contemplemur, ideo dicit: Oculi tui uideant *quæ prope te ſunt: & ſatisfaciamus uocationi noſtræ, ideo dicit:* Recte *præ te ſpectent. Sic ad* Romanos *duodecimo, & pri. Corinthiorum duodecimo præcipitur. Chriſtiana uita nouit non tantum ſibi cum hominum iudicio rem eſſe, ſed etiam* Sathanæ*, ideo opus fore* Verbo*, quod uiuificet cor ac conſeruet, & hæc eſt uita cordis quam mundus non nouit.*

Stabilientur, id eſt, rectæ ſint uiæ tuæ, id eſt, ut uocationis tuæ opus ita facies, ut nihil quæras præter uoluntatem Dei*, uel niſi uoluntatem* Dei.

Dirige ſemitas pedibus tuis:

Rectum eſt cor quod ſimpliciter nõ quærit quæ ſua ſunt, ſed recta contendit facere uoluntatem dei, quæcunq; illa ſit. Carent *hac rectitudine, qui patiuntur pro* Verbo*, idq; ita, ut ſua paſſione ſentiant præ alijs ſe mereri uitam.* Simpliciter *ſuam uoluntatem fieri & quæri uolt* Deus*, ſine aliquo meriti aut premij reſpectu, quemadmodum docet* Lucæ *deci-*

Voluntas dei in omnibus rebus agendis ſpectãda.

cimo ſeptimo, Dicite ſerui inutiles ſumus. Cōtra, peruerſi ſuam uoluntatem fieri, nō Dei uolunt, & eatenus ſeruiunt, quatenus oculus tenet, id quod captant: Itaq; nihil aliud eſt recte ingredi, niſi per mittere ſe uolūtati diuinæ quorſumcūq; transferat.

Ne declines ad dexteram neq; ad ſiniſtram.

Figura orationis ex lege accepta eſt Deutero. quinto, Non declinabis neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.

Dextera Porrò dexterum ſignificat impiam ſecuritatem & fiduciam operum.

Siniſtra Siniſtrum deſperationem ſignificat, unde naſcitur doctrina operum.

Recta uia, eſt fiducia in Deum.

Timor propter opera.

Auerte pedem tuum à malo, ideſt, recta uia incede, ſic conſiſtendum in recta uia, in Verbo Dei, eſt ſummula ſententiarum ſuperiorum.

Finis capitis Quarti.

CAPVT V.

LONGA DESCRIptio eſt illecebrarum & impietatis ſcorti in hoc loco, quam uno Verbo Paulus in Epiſt. prima Corinthiorum Capite ſexto complexus eſt, cum dicit, Qui adhæret meretrici unum corpus efficitur, qui aũt adhæret Domino unus ſpiritus eſt: qua ſententia docet præcipue carnales fieri & immergi carni, qui manifeſto contemptu Dei ſcortantur. *Scortatio*

Porrò ſcortatio corporis adumbrat ſcortationẽ animæ, quæ ſolet polluere ſe impia doctrina. Itaq; Prophetæ fornicationẽ idolatriam quoq; uocarũt.

Hic locus eſt detortus ab ijs, tantum ad impiam doctrinam, anima ſe ſic immergit agglutinat impiæ doctrinæ, ut caro carni: apta ſimilitudo, à Prophetis ſæpe exhibita. Solomon ſcripſit Prouerbia, ideo aliud ſignificant, q̃ præ ſe ferunt.

Nitidius, id eſt, mollius. Fauus diſtillans labia id eſt, quemadmodum ipſa caro eſt, ita plane incarnaſcũnt, qui ſe polluunt ſcortis. Nouiſſima aũt illius etc. Pau. Qui in carne ſemĩat, de carne metet corruptionẽ. Inueſtigabiles .i. nõ norũt, excæcãtur. *Scortationis pœna eſt cæcitas.*

Ne des alienis honorem tuum.

Hic locus ad prodigalitatem & propriarum rerum uſum ſpectat. De prodigalitate uide ſolicitudinem Dei plane paternam, quom tam diligenter monet de rerum uſu, ut diſpenſemus & parcemus, ſic præcepit & Apoſtolus Epheſios quarto, Laboret operando manibus: Secunda Theſ. Tertio, Cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Præcipit autem parari rem, unde & tuæ neceſſitati & alienæ cõſulas, ut in Epheſijs inquit, magis aũt ut tribuat egenti &c. Dei creaturæ ſunt res, quibus uult ut recte utamur, ut inde alij aliorum neceſſitatem ſubleuemus. Et rationem Deo reddituri ſumus, niſi recte diſpenſauerimus, Quemadmodum diues ille Lucæ decimo ſexto.

Laborãdum eſſe ut proximo proſimus

Ne des alienis honorem tuum, ideſt, ne ſine ut Impij deſpolient te rebus tuis & honore, ne etiam habeas cum iſtis conſuetudinẽ, ut una cum illis rem tuam perdas. Viribus tuis, in hebræo opibus tuis. Et labores tui, ideſt, pecunia tua. In domo aliena ideſt, in ædibus impiorum. Et gemas, ideſt, egeas poſtea. Corpus, ideſt, uictum.

Damnat his omnibus ſodalitatem, quam noſtri

Iuuenes

Iuuenes probant, putant enim non poſſe commode uiuere, niſi habeant multos conuictores.

In medio eccleſiæ, ideſt: uulgo, quod pariter impium eſt. Iam nos exemplis uiuimus & moue mur, nam plures uiuunt magna licentia & indulgentia, ille potat, ille ſcortatur, ille queſtu uiuit, ille profundit. Sui ſunt ſingulorum errores & exempla, Ideo nos quoq; trahimur illorum exemplis, & ſequimur cæci quod illi faciunt, licet imprudenter. Mouemur ſtatim iſtis exemplis, pauci ſunt ſancti, dicimus, quod alijs fiet, fiat & nobis, ſi alij ſunt ſalui futuri, ſaluabimur & nos. Hic eſt maximus contemptus Dei, hi ſunt illi luſores Dei ut ſupra. Non ergo debemus trahi multitudinis exemplis, ingrediamur eam uiam, in quam nos uocauit Deus. *Non trahamur multitudinis exēplis*

Pene fui in omni malo.

Monet & hæc ſententia de ſcandalo ne moueamur frequentia & multitudine peccantium, propterea quod multitudo impia ſit, ſancti pauci ſunt. Et ſolent humana quidem corda ſolicitari in hunc modum, quid tu durius uiuas q̃ tot præclari, opulenti, prudentes. Contra quod ſcandalum muni- *Multitudo peccantium.*

uit pios CHRISTVS *etiam quom iubet ingredi anguſtiore uia.*

Ne des alienis decorem tuum &c.

Decor ſæpe in ſcripturis tribuitur auro, argento, pecuniæ, rebus &c.

Fluenta putei tui, ideſt, riuulos ex ipſo fonte tuo.

Deriuentur fontes tui foràs, ideſt, largire proximis. Habeto eas ſolus, ne ſint alieni participes tui, ideſt, tu ſis adminiſtrator rerum. Et res ipſas ſerua ac tuere, ne prodige in impios.

Diſpenſatio rerũ

Sit uena tua benedicta, ideſt, fons, ſcaturigo ſit benedicta, ideſt, augeantur res tuæ, Sic Iacob appellat poſſeſſiones ſuas, benedictionem. Si alijs probe diſpenſes res tuas, tum Deus oĩa tibi augebit.

Bibe aquam, ideſt, laborandũ eſt, ut propria habeamus, ne alijs ſimus graues. Sententiam in Euangelio, Vade & uende omnia, torſerunt ad impietatem, ſic prolapſi ſunt ad mendicitatem contra omnes diuinas ſcripturas, Deus relinquit nobis poſſeſſionem rerum, ſed ita, ut alijs quoq; impertiamus.

Encomion Matrimonij

Et lætare cum muliere aduleſcentiæ tuæ.

Matrimonium prædicat quod & aliàs hoc libello fit

bello fit Capite decimo octauo, Qui inuenit mulierem inuenit bonū, & hauriret iucunditatem à Domino. Porrò quod hic iubet cum uxore lætari, uides expoſitam ſententiam alio loco proficiſci læticiam à Domino, quod coniugij moleſtiæ non feruntur alacriter, niſi ab ijs, quos Dominus exhilarat. Et hic Hebraice ſic legitur, Et fontes tui benedicentur, ſcilicet à Domino, & læticia ab uxore, ſcilicet dabitur benedicente Domino. Iubet itaq; primum lætari cum uxore, hoc eſt, ferre æquo animo, & gratias agere Deo, qui dederit remedium peccati, & precari ut benedicat & exercere charitatem erga ipſam, quemadmodum Petrus præcepit, ut uiri cum uxoribus ſecundum ſcientiam agant, & habeant eis honorem tanq̃ gratiæ cohæredibus, uidebat enim ſexui uulgo conuicium fieri.

Aequabilitas niſi ſit in matrimonio nihil boni erit

Cerua chariſſima & gratiſſimus hinnulus.

Secundo iubet diligere, ſicut & Epheſijs præcipit Apoſtolus, Viri debent diligere uxores ſuas, nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit. Et amoris mutuæque beneuolentiæ exemplum proponit, quom ceruæ mentionem facit. Eſt autem

Vxores diligendas eſſe

hæc ſtructura orationis, ſic delectet uxor, ſic iucunda ſit, ut Cerua hinnulo, hinnulus ceruæ &c. Eſt enim ceruis indita uis quædam uehemens amoris mutui, depugnantq; pro feminis mares, deinde mira cura & ſolertia eſt alendæ, tuendæq; ſobolis in beſtia pauida. Iam & hac parte humanum coniugium repræſentant cerui, quod & nobis impoſita crux ſit, & hæc ad ſpirituale coniugium rectiſſime congruunt, quod & ſpectaſſe Solomonem certum eſt, quom ceruam & hinnulum, eccleſiam & eius alumnos nobis proponit. Sic enim & Canticoram ſecundo, Capreæ & hinnulo comparatur CHRISTVS. *Et Pſalmo uigeſimo primo, Ceruam auroræ* CHRISTVM *haud dubie uocauit.*

Benignitas eſt quod Deus omnibus dederit uxores, cur igitur ſcortaris? Conſiderabit, ideſt, ipſe iudicaturus eſt, Pſalmo. Oculi Domini ſuper iuſtos, ſynnus autem eius ſuper facientes mala.

Finis Capitis Quinti.

CAPVT VI.

DE NON SPONDENdo ſæpe monet in hoc libello Solomon Capite undecimo, Male mulctabitur qui ſpopondit pro alieno. Et decimo ſeptimo, Stultus ſtipulatur manu ſpondens pro proximo. Et Capite uigeſimo, Et uigeſimo ſeptimo, Tolle ueſtē eius qui pro alieno ſpopondit. Quid igitur? opus ne charitatis uetat? Reſpondeo, ſpiritum eſſe interpretem legum, ſicut Dominus ait, uinum nouum in utres nouos is largitur, ſpondet, ſuccenſet, mulctat, quom res poſtulat, & ſuo ſic utitur, quemadmodum ſupra dictum eſt, ut & ipſe ſolus teneat, & fontes tamen deriuet foras. Ego hāc eſſe ſententiam iudico, fiduciæ in Deum mire obſtat fiducia in homines, & tamen uix inuenias qui ſibi non huiuſmodi aliquem amicum quærat, cuius fauore nitatur, quo fauente ſentiat ſe rem ſuam facilius ſtabilire poſſe, acceptum fore alijs &c. Atq; hic

Non innitendum hominibus

omnia metuit, necubi offendat, ne ille alienetur &c. Et hæc fides, hic metus Deo proprie tribui debebant, & exercere fidem huiuſmodi communibus neceſſitatibus oportuit. Et quia hæc expectatio ferè fallit, monet Solomon, ne fidamus hominibus, iuxta illud Hieremiæ decimo ſeptimo: Maledictus qui ponit carnem, brachium ſuum. Et Micheæ ſeptimo, Nolite credere amico. Itaq; aliàs ait: Si ſponderis irretitus es, id eſt, Nõ eſt quod confidas illum ſatisfacturum eſſe, tu iam debes, Item ſtultus eſt, qui ſpondet .i. q fiduciã collocat in alterũ. Item Tolle ueſtem ſponſoris, id eſt, pœnas det ſuæ impietatis qui huiuſmodi fidem habuit, damnũ faciat, quando periclitari uoluit. Iuxta illud: Qui amat periculum peribit in eo. Itaq; hoc agit in uniuerſum, ne fidamus hominibus. At charitas poſtulat diligere proximum & fidere?

Reſpondeo, Charitas diligit etiã parum fideles quemadmodum Chriſtus diligebat, tametſi nõ crederet ſe hominibus, ipſe enim norat qd eſſet in homine. Vides aũt quanto hoc ſit periculoſius in rebus ſpiritualibus, ſi qui ſic ſentiant, ſic credo, q̃a uideo hoc ſentire, Auguſtinũ, Hieronymum: Quom uelit Deus Verbo ſuo, non hominibus credi, Deus

Solo Verbo Dei credendum.

perſonam

perſonam hominis non accipit: In Galatis.

Caro fidit tantum commodi cauſſa.

Spondæ noxa præſto eſt.

Charitas diligit etiam parum fideles, quia non innititur fauore hominum, ſed diligit, quia Deus *poſtulat diligere.* Promiſcue *uſus eſt interpres uocabulis proximi & alieni.*

Nuſq̃ tuta fides, hoc homines uſu didicerũt, & experientia nõ fallit. Plerũq; accidit, ut fallãt amici amicos, nihil uulgarius quàm fallere homines.

Vade ad formicam.

Hic ad laborẽ adhortatur iuxta mandatũ diuinum. In *ſudore uultus tui comedes panem tuum. Sed hic obſeruabis laborẽ præcipi, curã prohiberi.* Item *benedictione* Domini *prouenire res, nõ noſtro labore, ut infra Cap. decimo, inquit,* Benedictio Domini *diuites facit &c.* Quod *aũt formicæ exemplum proponit, admonet nos mandati diuini & obedientiæ quã præſtant oẽs creaturæ præter Satanam & hominẽ.* *Sufficit iſta adflictio quæ neceſſaria eſt, cura non eſt diurna, labor autẽ diurnus eſt. Cura proſpicit longius, labor ſingulorũ dierum eſt, ideo non ſinit interſpirare nos.* *Sufficit diei malicia ſua*

Creaturarũ officia.

Pij conſyderant id quod eſt in Geneſi: Vidit Deus omnia & erant ualde bona, Voluit ut aliæ alijs ſeruiremus; ſol nobis, alij alijs. Pecudes ut ſint commodæ nobis ad ueſtiendum, & alia: Plantæ ad remedia. Sic contuetur pius creaturas, quod officium ſuum faciant ſingulæ, ſolus homo excidit ab hac obedientia. Non hoc reſpicit Solomon, laborandum eſſe, ut paremus uictum, ſed hoc potius, quod ita conditi ſimus. Eſt enim mandatum Dei, ut huic beſtiolæ eſt innatum, non habet Verbum, ſed conditionem quandam, qua per Verbum impellitur ut operetur, ſequitur tantum uerbum quo condita eſt.

Paululum dormies, paululum dormitabis.

Ocium

Ironiæ ſunt, quibus caſtigatur ſecuritas & amor ocij. Nam ſecuritas ut in rebus ſpiritualibus, ita hic etiam damnatur in rebus temporalibus, propterea quod oriatur ex contemptu mandati diuini. Nam quom ſentiat caro, ideo tantum ſibi laborandum eſſe ut rem faciat, non quia Deus præceperit, poſteaquàm res periclitari non uidetur ſecure ſtertit: quemadmodum ille apud Eſaiam capite uigeſimo ſe

mo ſecundo: Quia excidiſti tibi hic ſepulchrũ &c. Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus &c.

Paululum dormies, paululum dormitabis &c. hæc legenda ſunt tanquam Ironiæ quædam, aut Mimeſes.

Securitas ideo damnatur, quia mandatum Dei negligitur hac ſecuritate.

Labor eſt impoſitus tanquam crux quædam, quæ mortificet carnem.

Nihil tam recte, tam bene dicitur, quod non poſſit malum ingenium calumniari.

Graditur ore peruerſo &c. huius exemplum habes Doech in hiſtoria Regum.

Confirmandus eſt animus ſententijs ſcripturæ, quibus tueatur ſe aduerſus Sathanæ inſidias.

Credere quod res proueniant Deo benedicente, non eſt procliue, non eſt facile.

Res prouenire, fructus, non laboris, nõ noſtræ induſtriæ eſt, ſed diuini tantum muneris. Dices igitur quur mihi laborandum eſt? Reſpondeo, quia Dei mandatum eſt.

Homo apoſtata &c. In hebræis Belial eſt, quod ſignificat inutilis, Ein loſer leichtfertiger man, qui caret timore Dei. *Apoſtata*

Et eum

Et eum qui ſeminat inter fratres diſcordias.

Calumniator

Cuiuſmodi ſunt non modi hæretici, ſed etiam hi, qui bene dicta calumniantur, ut à pijs doctoribus alienent imbecilles conſcientias, atq; ita charitatem lædunt..

In hoc capite primum dehortatus eſt nos à fiducia, quam collocamus in homines. Inde greſſus eſt ad adhortationē, ubi adhortatur ad laborē, & requirit ſedulitatem in rebus omnibus agendis. Et loco adiecit increpationem illorum qui ſeminant diſcordias: Sequitur nūc adhortatio ad caſtitatem.

Conſerua fili mi p̃cepta patris tui.

Vis Verbi

Quom dehortatur ab adulterio, primum comēdat Verbi uim, quo niſi munitiſimus, non cauebimus Satanæ tela, quibus libidinem accendit, ut Sapientiæ octauo, Sciui quod non poſſem eſſe continens, niſi Deus det. Et Eſaiæ undecimo, Fides cinctoriū renum eius. Et Roma. duodecimo, Paulus per miſericordiam Dei obteſtatur, ut corpora exhibeamus hoſtiam &c. Quem non auocat ſenſus bonitatis Dei, is infœliciter cum carne cōflictabitur

Ideo et

Ideo & Petrus ait, Siquidem ſenſiſtis quam bonus ſit Dominus.

Nunquid abſcondere poteſt homo ignem in ſinu &c.

Memorabilis ſententia de ijs, qui periclitari gaudent, quemadmodū dicitur, Qui amat periculum in eo peribit. Itaq; his ſimilitudinibus, quibus hoc loco uſus eſt, dehortatur à conuerſatione, colloquio liberiore. Et quemadmodū hic inficit animū liberior conſuetudo, Ita impij ſermones in alijs quoq; uicijs illaqueant animum.

Conſerua fili mi præcepta &c.

Adhortatur nos ad contemplationē Verbi Dei, propterea quod niſi Verbo Dei detrahamur à ſcortatione, non uincemus hac parte. O Diuinum Verbum.

Præcium enim ſcorti &c.

Hæ ſunt rationes quibus dehortatur, & prima ratio tracta eſt à pœna quæ ſequitur.

Quod ait liga ea in corde & circunda gutturi, idem quod habeas in animo, & meditare Verbis quoq;.

Cum ambulaueris deducent &c.

Hoc uerbum ſignificat regere ducere, quemad modum paſtor gregem ducit.

Nunquid abſcondere pōt hō &c.

Hæ ſententiæ ſunt memorabiles, quæ non ſolum poßunt hoc loco uſurpari, ſed etiam ad alia accom modari, & dignæ ſunt ut obſeruentur.

Deprehenſus reddet ſeptuplum.

Lex furtum quadruplo punit, Solomon hic nō defi nit quanto precio debeat ſe redimere fur, ſed hoc agit, quod poſſit, uel quantocunq; precio. **Furtum**

Non grandis eſt &c.

Sic eſt in Hebræis, Non confundetur, qui fura tus eſt, ut animam repleat, ſiquidem eſurijt, id eſt non eſt capitale.

Finis Capitis Sexti.

CAP. VII.

AMPLIFICAT LOcum quem ſuperiori capite cepit de adulterio, & rurſus hic admonet Verbi Dei. Quo aduerſus hanc tentationem muniamur. Deinde amentiam & cæcitatem ſcortatorum depingit, quomodo rapiat, ſubigat, dementet furor carnis: unde facile intelligas cur dixerit Apoſtolus, Qui adhæret ſcorto una caro fit cum ſcorto, quum Domino, unus ſpiritus. Porrò hic furor figurat animæ libidinem, qua ſe in impia doctrina oblectat, & quemadmodũ ſcriptura loquitur inebriat, eiuſmodi meretricem deſcripſit Ezechiel, decimo ſexto. Scortatio

Cohæret hoc caput cum proximo loco de ſcortatione. Et ideo pluribus hæc tractat, quoniam ſcit adoleſcentiã nõ labi frequẽtius, q̃ in hoc uitio Neſcimus unde aut ubi nobis inſidias ſtruat Satanas Ideo diligentiſſime muniendum cor contra hæc.

Studium comandi

Furor carnis ſenſim gliſcit ſtudio comandi ambicioſis geſtibus. Hæc ſunt iuuenilia deſyderia, hæc per ſe nihil ſunt: Sed quia plerunq; ab animo proficiſcuntur, cui arridet mundus, ideo primus hic gradus eſt, quo dilabuntur ad cætera.

Sequitur quaſi bos ductus ad uictimam.

Id eſt, trahitur tanquam bubulus naribus, nihil cernit, non eſt ibi reſpectus timoris aut fidei. Sicut ille ſubactus eſt, ſic ille iam nihil ſpiritualium rerum ſentit, habet oculos tantum infixos in iſtas tapetas, id eſt, illecebras mundi. Sic hominem tradi in deſyderium cordis eſt miſerabile prorſus.

Amentia ſcortatorum

Animæ, id eſt, uitæ, neſcit ſe animus periclitari, aliàs non accederet. Ita hic quoq; nec intelligit nec cernit inſidias, neq; iugum Sathanæ, ſed eſt factus inſipiente corde, & traditus in deſyderium cordis ſui.

Finis Capitis Septimi.

CAPVT VIII.

Per me re

Per me reges regnant.

ABSOLVTA ENARRATIONE decem præceptorum, ſubijcit rurſus Encomion Sapientiæ ſeu Verbi Dei. Duo autem ſunt inſignes loci: quid ſit ſapientia, & qui ſint eius fructus

Encomion ſapientiæ

Sapientiam cautionem humanam eſſe ratio ſtatuit, Item cognitionem multarum rerum. Hic uocat timorem Dei, & huic tribuit ea, quæ ratio ſuis conſilijs effici poſſe putat &c. Fructus autem primarius ſapientiæ, eſt recte Rempublicam gerere: ſic infra capite uigeſimo quinto, gloriam regum uocat inueſtigare ſermonem: & impietatem principum rubigini comparat. Vides autem quales Magiſtratus conſtituat Deuter. XVI. & XVII. qualem regem &c.

Fructus ſapientiæ

Nunquid non ſapientia, id eſt, cognitio Dei, quæ fit per Verbum. Et prudentia, id eſt, intelligentia, qua cognoſcuntur facta Dei, atq; iudicia, hoc eſt Verbum Dei palàm uocat omnes.

Quid ſapientia

Quid prudentia

In ſummis excelſiſq; uerticibus .i. publice ſonat Verbum, quod omnia iudicat, æquat montibus ual les, ut in Eſaia. Vox mea ad filios hominum, ideſt publice uoco .˙. Paruuli tamen non exercitati, qui quamuis pij ſint, tamen non exercitati in rebus ſpi= ritualibus.

Paruuli

Inſipientes, ideſt, palàm peccatores. Intel= ligite, ideſt, animaduertite. Animadaertite, ideſt, redite ad cor, hoc eſt agnoſcite in quæ mala inci= diſtis. Audite quoniam de rebus magnis loquutura ſum, audite quoniã clare loquar ſeu perſpicue, ſicut Pſalmo CXVIII. Declaratio ſermonum tuorum il luminat, hoc eſt, perſpicuitas. Recta prædicet id eſt, doctrinam non fermentatam opinionibus ar nis. Veritatem qua nos efficimur ueraces, ſcili= cet uerbo. Prauum quid neq; peruerſum, id eſt, Verbũ Dei non eſt fermentatũ hũanis opinionibus. Recti ſunt intelligentibus, id eſt, efficaces ſunt intel ligentibus, ſicut Apoſtolus inquit, Euangeliũ eſſe uirtutem Dei: & æqui, id eſt, recti, quàm aurum in quo confidunt homines. Non poteſt compa= rari, quia eſt uita æterna. Et ſcientiam conſilij in= uenio, id eſt ego ſum conſulta, hoc eſt, penes me eſt conſilium. Os bilingue, id eſt, mendax, ubi

Inſipientes

corrupta

corrupta opinio eſt, ibi nec ſana doctrina eſſe po-teſt. Et qui mane uigilauerint, In hebræo, Et qui *quærent me, inuenient me, ut* Matthæi *ſeptimo in quit: Quærite & dabitur uobis.* Ita hic dili-*gentes me diligo, & quærentes me inuenient me, id eſt, qui poſtulant à Deo, ut uerbo erudiantur, ij adſequentur cognitionem* Verbi, *ſicut &* Iacobus *ſcripſit: Si quis opus habet ſapiētia poſtulet à deo.* Huc *pertinent & quæ ſupra ſunt,* Dominus *dat ſa-pientiam.* Itaq; *ſapientiam quæ eſt* Dei *cognitio, & iuſtificatio noſtri, nec ex humanis traditionibus nec à ratione, ſed diuinitus accipimus.* In *uijs iu-ſticiæ ambulo, quia* Verbū *uirtus dei eſt ad iuſticiā et ſalutē &c. hoc eſt,* Verbo *iudicamur & iuſtifica-mur.* Vt *ditē diligentes me, ſunt enim ſancti do-mini omnium rerum.* In Hebræo: Vt *ditem diligen-tes me ſucceſſu.* Et *ſicut* CHRISTO *ſunt oīa ſubie-cta ſub pedes,* Ita *ſanctis quoq;.*

Sapientia uera quid ſit.

Dominus poſſedit me in initio uiarum ſuarum.

Verbi potentiam creatione probat, quod om-nia ſint Verbo *condita, ſicut &* Geneſis *primo, &* Pſalmo *trigeſimo ſecundo ſcriptum eſt,* Ipſe *dixit &*

Et ludens in orbe terrarum.

Id eſt, Verbum ſparſum eſt in homines, eſt promulgatum in omnes orbis parteis.

Delecto filios.

Id eſt, Viuifico, ſanctifico. Verbum eſt quo operatur Deus *omnia.* Et *illud eſt promulgatum iuxta eius miſericordiam, ut delectet homines, ut & illi narrent laudem* Dei*, ut populum iſtum formaui mihi, ut laudet me.*

Audite diſciplinam.

Id eſt, Eruditionem, caſtigationem, id eſt, accipite Verbū crucis, quo mortificatur caro. Et *eſtote ſapientes, id eſt, cognoſcite* Deum*, id eſt, agnoſcite id* Verbum*, quanquam mortificet carnem, tamen* Dei *Verbum eſt, quo uiuificet & ſaluet.*

Nolite abiicere eam.

Id eſt, Ne ſit ocioſum apud uos Verbum. Populus audit Verbum negligenter, nullus eſt eius fructus aut uſus. Non *mutantur, ſed manent iidem, qui erant antea.* Mutauerunt *Verbum tuum in canticum oris ſui, apud* Hieremiā *nolunt mortificari.* **Populus ocioſus**

Vigilat ad fores.

Id eſt, Quærit me, petit à me. Salutem, id eſt, beneuolentiam, gratiam, quia non cognoſcitur bonitas Dei, niſi in Verbo, Ideo hauriet beneuolentiam. Mundus perſequetur quidem, ſed tamen bene uolet ille, tuebitur Verbum ſuum.

Qui autem in me peccat.

Id eſt, Qui Verbum contempſerit, lædet, id eſt, Impinget ut pereat.

Sententiæ quidem non ſunt difficiles, modo comparemus corde.

CAP. IX.

Amor Dei ergà homines

PAVLO ANTE DE VI *ac potentia Verbi dictũ eſt, hic de prædicatione agitur, & commẽdatur nobis amor Dei, qui Verbum ſparſerit in mundum ut ſaluet credẽtes, ſicut ſupra ait:* Ludẽs *in orbe*

in orbe terrarum, & delectans filios hominum. Et Pſalmo CVI. *Miſit Verbum ſuum & ſanauit eos.*

Domus eccleſia eſt. Columnæ Doctores ſunt. Menſa eſt ipſa prædicatio Verbi.

Erant in tabernaculo ordine collocati panes propoſitionis in menſa, eaq; menſa haud dubie ſignificat Verbum, ſicut ait Pſalmus uigeſimus ſecundus: Paraſti in conſpectu meo menſam: Ita et hic inſtructæ menſæ mentionem facit, ut moneat quid ſignificatum ſit illo typo legis &c. Menſa

Columnas ſeptem, id eſt, multos Doctores, ut in Euangelio: Orate ut mittat operarios in meſſem. Illi non ſunt Prædicatores Verbi, qui humano conſilio aut ſuo ſumunt hanc ſibi functionem prædicãdi. Non poteſt autem recte docere quis, niſi datum illi fuerit à Deo: Ideo in ſuperioribus dixit, Bibe de ciſterna tua. Primum igitur nos eruditi ſimus, tum et alios poſſumus erudire. Ideo uoluit Paulus eligi eũ Epiſcopum qui ſit Διδακτικός. *Ideo noluit Neophytos, eo* ꝙ *ſint imperiti rerum ſpiritualium.* Diſcendum eſt prius ꝗ doceas.

Imolauit uictimas ſuas.

Id eſt, propoſuit, ſparſit, prædicauit Verbum. Totus hic ſermo eſt allegoricus & figuratus. Eſt

Mactatæ pecudes

eius propria ſententia hæc, & non ſuperſtitioſa allegoria. In Euangelio legis de mactatis pecudibus et uino, quæ ad Verbi prædicationem pertinent.

Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam.

Porci

Canes

Subſannatores

Matthæi capite ſeptimo, uetat CHRISTVS *margaritum porcis obijci, & ſanctum canibus. Ita hic uetat doceri ſubſannatores. Sunt autem uel porci uel canes. Porci, qui uoluptatum ſuarum cauſſa aſpernantur. Canes, qui perſequuntur prudentia uel iuſtitia adducti. Verum an non & hi iudicandi ſunt Verbo Dei, quom ſpiritus ſanctus totum mundum arguat? Reſpondeo, eſſe iudicandos, & regulam Pauli ſeruandam eſſe, Titi ultimo: Hæreticum hominem poſt unam atq; alteram admonitionem deuita. Et hic ſubſannatores ideo uocat, quia Verbum rideant. At ridere id non poſſunt, niſi antea auditum. Porrò quanti faciat* CHRISTVS *contemptum Verbi, uidemus in increpationibus Matthæi undecimo: Væ tibi Corroſaim &c. Et pœna deſcripta eſt Matthæi duodecimo: Vadit et aßumit ſeptem alios ſpiritus nequiores. Et Hieremiæ decimo octauo: Viam corruentes in conſpectu tuo, in tem*

in tempore furoris tui abutere eis. Et Pſalmo ſexageſimo octauo: *Obſcurentur oculi eorum*. Hoc eſt quod & Paulus ait: *Proficiunt in peius*, id eſt, ſub inde magis excæcabuntur, tametſi florere aliquandiu uideantur.

Iniuriam.

Id eſt, ignominiam, ſcilicet Verbi, facit ut Verbum blaſphemetur, & male audiat, aliud nihil conſequitur. Oderit te .i. qui conculcat ipſum, & in te irruit. Impij homines hoc tãtum captant ex Prædicatoribus, ut tantum calumnientur Verbum. Nam multi huius generis ſunt, qui tantum decerpunt, quod faciat pro eorum libidine, reliqua omittunt & calumniantur. Da ſapienti .i. doce ſapientem, audientibus eſt prædicandum Verbũ uel ſapientia. Conditio impiorum

Principium ſapientiæ timor dñi.

Hæc eſt ſapientia, Deus non cognoſcitur niſi fide & timore, non humanis imaginationibus, ut Paulus .i. Corinth.i. Tenebræ ſunt alia omnia. Quæ eſt igitur cognitio Dei? Hæc eſt, ſi timueris Deum. Ideo diuinitus omnes erudiri oportet. Cognitio Dei, timor

Scientia ſanctorum.

Quemadmodũ ait Eſaias: Erunt oẽs docti à Deo.

Prudentia.

Id eſt, Intelligentia, id eſt animaduerſio Verbi, & factorum Dei: Das es yhns hertz geet, vnd das *mans mercke.*

Multi dies.

Quia Verbum uita eſt, Credentibus omnia ſunt ſpiritualia.

Si ſapiens fueris.

Id eſt, Quiſq; pro ſe reddet rationem. Solus id eſt, ipſe tu, eſt comminatio, qua terret iudicio duros & infractos illos, qui nolunt molliri Verbo.

Mulier ſtulta & clamoſa.

Hæc mulier planè rationem ſignificat, adeoq; humanas opiniones omnes de iuſticia, de gloria, de uictu, quæ omnia Apoſtolus uocauit Prouidentiā carnis. Quod mulierem ſtultam uocat, cæcitatem rationis accuſat, quæ Deum neſcit, pri. Corinthiorum ſecundo: Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Quod clamoſam, ſignificat doctrinæ ſpeciem, pri. Timoth. primo, uolentes eſſe legis Doctores, nec intelligentes, neq; quid loquuntur

Mulier ſtulta, ratio.

Clamoſa

loquũtur, neq; quid affirmant. Huc pertinet quod Apoſtolus tribuit humanæ doctrinæ perſuaſiones in Corinthijs: et Coloſſenſibus blandiloquentiam, & magnificas promiſſiones doctrinæ impiæ tribuit in Romanis capite penultimo: Videmus enim quàm grata ſit carni doctrina liberi arbitrij. Item omniũ ordinationum humanarum.

Tertio uocat flexibilem, quod Epheſios quarto exponitur, quom uetatur, ne circunferamur omni uento doctrinæ. Nam cor neſciens fidei, diuerſe trahitur, iam huius operis, iam alterius ſpecie, & ad ſimulachra muta ut ducitur properat, ſicut Apoſtolus inquit pri. Corinth. xij. Flexibilis

Poſtremo neſcientem uocat, quia non ſolum ſpiritualia non cernit, ſed planè dementatur, ut ij. Theſſal. ij. ſcriptum eſt: Mittet Deus operationem erroris ut credant mendacio &c. quemadmodum indulgentijs, & alijs hoc genus impoſturis creditum eſt. Neſciens

Cauſſa uero quur dementemur, quur audiamus huic ſtultæ mulieri, expreſſa eſt in eius concione, quom inquit: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt &c. Ideo enim trahimur doctrina carnis, quia caro ea complectitur, quibus ipſa ſe certam facit, ut alia

Ratio non ſert fidei te nebras

omittam de uoluntate Dei, nec poteſt ferre fidei tenebras. Itaq; doctrina operum delectamur, hanc adoramus, hac nos conſolamur, quemadmodum Phariſæus apud Lucam, capimurq; hoc argumento, Facis legem ergo ſaluabere. Hoc eſt quod Ezechiel tredecimo uocat Viſionem pacis, & ceruicalia, & puluillos: Sicut Achath ratione colligebat auxilijs Aſſyriorum defendi ſe poſſe, ideo promiſſionem adſpernabatur.

Aquæ furtiuæ.

Aquæ furtiuæ ſunt

Impiorum uoces

Furtiua opera & abſcondita uocantur, ſicut & mendacium & fornicatio, quia quom Deus aliud propoſuerit, caro hoc arripit, quod ſibi iucundum eſt, nec uidet iudicium aut uoluntatem Dei: Sicut Eſaiæ uigeſimo nono dicunt, Quis uidet nos, quis nouit nos. Et capite trigeſimo: Ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Et Ezechiel nono: Dereliquit Dominus terram et non uidet: quæ uoces ſunt eorum, qui per deſperationem relinquunt Verbum Dei, & hoc arripiunt ac ſectantur, quod carni certum eſt, ſicut de Achab diximus. Hæc ſunt furta, hæ ſunt furtiuæ aquæ quas hauriunt impij, relicta uena aquarū uiuētiū: ſicut Hieremiæ XVII. ait.

Hic igitur

Hic igitur contueamur uitam noſtram, omni-bus abutimur, non iuxta uoluntatem Dei, *ſed no-ſtram, ſumus igitur fornicarij & ſcortatores huius mulieris.*

In excelſo ſedet.

Quia ſedet in regno mundi, imperans o-mnibus, qui ducuntur Sathanæ *capiſtro. Sic præ-dicat illa meretrix aquæ dulciores, quia dulceſcũt omnia quæ capit, intelligit & excogitat caro, nos placemus nobis in noſtris operibus, quom tamen furtim habeamus. Sic panis abſconditus dicitur, quod arripimus, quaſi* Deus *non uideat, hæc eſt uita noſtra.*

Aquæ dulces

Panis abſcon-ditus

Gigantes.

In Hebræo, mortui, tametſi & hoc legi poteſt. Nam *in mundo regnant* Gigantes, *Qui tument ſa-pientia ac prudentia humana, hi euertunt omnia.*

Finis Capitis Noni.

CAPVT X.

QVOD PRAECEPIT Moſes ut lex ſemper haberetur in manibus, id & Solomon ſecutus eſt. Propter ea primum omnium ipſum Decalogum enarrauit, neq; aliud hactenus præter Decalogum præſcripſit, quo abſoluto, Gnomas orditur, hoc eſt, uulgares ſententias, quibus carnale iudicium corrigat.

Caput & ſumma huius libelli.

Primus hic locus damnat opinionem, qua miratur mundus opes. Eſtq; ſententia primæ Gnomæ, Ne fidant liberi opibus paternis, nec parentes hoc gaudere, quod relinquant amplum patrimonium liberis, ſed tum demum gaudere, ſi illi ſapiant. Ioſeph, Solomon, Cayn, Abſolon, exempla huius gnomes. Inuitat itaq; ad pietatem liberos, ut ſentiant bene habituros ſe, ſi Deus benedixerit. Cõtra, ſi maledixerit, iam toti familiæ, ciuitati, eccleſiæ, ſaluti eſt unius ſapiẽtia, ſicut in Naaman Syro adparet,

adparet. Et capite undecimo ait, Benedictione iu ſtorum exaltabitur ciuitas.

Non proſunt theſauri impietatis

Reliquæ Gnomæ docent uictum diuinitus dari & labori piorum benedici.

Iuſticia uero liberat a morte.

Secunda Gnome & tertia acceptæ ſunt ex Pſal. XXXVI. & XLVIII. Nam quod hic ait: Iuſticiam à morte liberare, illhic dicit: Deus redimet animã meam de manu inferorum. Et quemadmo dum hic ait: Non perdet Dominus fame animam iuſti. In Pſal. inquit: Non uidi iuſtum derelictum.

Inſidias impiorum ſubuertet.

Porrò quod inſidias uertit, noſter interpres, uana ſtudia, magni conatus auarorum hominum ſunt, ſed irriti. Inſidiæ

Aegeſtatem operata eſt manus ſubdola.

Quarta Gnome idem monet. Confert enim ar tes et technas auarorum hominum cum labore pio

Doloſa manus

rum. Doloſa manus parat ægeſtatem, ideſt, qui malis artibus augere rem ſtudent, tantum abeſt, ut illa ſequantur, ut pereant etiam, ſicut in Iacob & Laban cernitur. Pij uero quia ſedulo ſuum laborem faciunt, ut obſequantur mandato diuino. Benedicuntur itaq;, & laborem exigi uides, ſicut ſupra cap. ſexto, Vade ad formicam.

Fortes

Manus autem fortium.

Id eſt, ſedulorũ, qui faciunt id, quod mandatũ eſt. Der ſein ding ſein richtig hynueg thut. Expeditus, accinctus, hoc hebraicũ uocabulum ſignificat.

Qui congregat in meſſe &c.

Impijs tribuit malas artes, quæ benedictione careant, pijs ſedulitatem res ſuas agendi, eaq; ſedulitas exigitur ſupra cap. ſexto, Vſq; quo piger dormies, & hic, quom temporis admonet &c.

Benedictio domini ſup caput iuſti.

Vnde uictus obueniat

Poximæ ſententiæ monebunt unde uictus ſit, Porrò quemadmodum impiorũ labor benedictione caret in parandis rebus externis, ita etiam caret benedictione in bonis ſpiritus parandis: laborant hypocritæ, ut ſapientiam & iuſticiam ſibi comparent, nec unq̃ tamen experiuntur quid ſit uel iuſticia nel

ſticia uel ſapientia. Huc apte quadrat quod in tertia ſentētia inquit, Vanitates impiorū perdet. Duæ ſequentes ſententiæ generaliter de omnibus bonis et rebus loquūtur, Benedictio ſuper caput iuſti, & In iuria obruet os impij, ideſt, Dominus benedicit iuſto. Caput uero proprie ſpiritualia bona ſignificat quibus coram Deo glorificetur. Eſt itaq; ſententia iuſti caput perfundi gloria Dei &c. Impiū uero ſic puniet, ut ſuo gladio iugulet, ea ſint exitio ipſi, quibus ſperabat alijs oppreſſis ſe regnum, opes, gloriam, paraturum, ut quoni Saul Dauidem inſequeretur quoties in eius manus incidit? Iudæi cū Chriſtum opprimere ardent, ſeſe perdunt. Sic Pharao, ſic Abſolon: & Pſal. vij. ait: Incidit in foueam quam fecit: Item In uerticem ipſius iniquitas eius deſcēdet. Quod aūt ſic uerti, iniuria obruet os impij, ſecutus ſum ſententiā Pſal. CXXXIX. Vnde propemodum hæc Gnome facta uidetur, & impiorum furor deſcribitur. Certe ſententia ſimilis eſt, et phraſis, labor laborū ipſorum operiet eos. Iam Verbū operiet, opprimendi ſeu euertendi ſignificationem habere conſtat ex illo ipſo Pſalmi loco, & ex Pſalmo LXVIII. Operuit confuſio faciem meam. Et Ezech. vij. Operiet eos formido. Operire

Memoria iuſti cum laudibus.

Benedictio iuſti

Et hæc Gnome ad ſuperiores pertinet, ubi monet benedici iuſtorum rebus & conatibus, impiorũ non item. Agunt impij ut regnent ac celebrentur, Iuxta illud Pſalmo quadrageſimo octauo, Vocauerunt nomĩa ſua in terris, ideſt, dicuntur ſapientes ac ſancti. His minatur fore, ut memoria eorum exoleſcat ſeu fœtеat, hoc eſt, ut confundatur & reuelетur, ut ait Oſeæ ſecundo, Reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius. Nam Euangelij prædicatio & iudicium Dei confundit gloriam hominum. Huc pertinent quæ ſunt in Pſalmo nono: Perijt memoria eorum cum ſonitu. Et decimoquinto, Nec ero memor nominum eorum. Et trigeſimo tertio: Vt perdat de terra memoriam eorum. Contra ſancti iudicio mundi infames ſunt, & ſicut Apoſtolus ait: Purgamenta huius mundi ac peripſima. Hos glorificat Deus apud ſeſe, id eſt, agnoſcit eos pro ſuis: & contra mundi iudicium teſtatur quoq; quod probet eos, hoc eſt, quod inquit: Memoria iuſtorum benedicitur, id eſt, non apud homines modo teſtatum facit Deus, quod probet eos: ſicut apparet in Abel, quom Cayn arguitur, ſed etiam coram ipſo

tam ipſo glorificantur, ſicut ait Pſalmo ſeptuageſimo primo: Honorabile nomen eorum corã ipſo Et CXI. In memoria æterna erit iuſtus, id eſt, Deus ſemper erit memor eius, glorificabit eum, teſtificabitur de eo &c. In ſumma, hac ſententia confirmeris aduerſus gloriam mundi, cum illa opprimi pij uidentur. Et hæ quidem Gnomæ docent, benedictione Domini res, uictum, gloriam, iuſtitiam donari, (tametſi ſancti uideantur egeni, inglorij, peccatores, mundi iudicio) contra impiorum gloriam labores iuſtitias irritas eſſe. Confirmeris

Sapiẽs corde præcepta ſuſcipiet

Octaua Gnome Verbi fructum indicat. Eſtq; hæc ſententia, qui audiunt Verbum ſapientes ſunt, & cauere norunt inſidias & laqueos Sathanæ, ut ad Ephcſios inquit capite ſexto: Induite uos armis dei Econtra, Stultorum labia cædentur, id eſt, Stultis illudetur, ſtulti contumelia adficiẽtur. Sic enim hunc tropum intelligo, colaphum labijs infringi, id eſſe quod deludi, contumelia affici, confundi &c. id quod ex decima Gnome adparet, quom ait: Fingens uultum dabit dolorem, & ſtultorum labia uapulabunt, id eſt hypocriſis clam minatur malum, Sapientes corde Quid ſit colaphũ labijs infringi

eaq; in caueas colapham infringet labijs, ideſt, lædet te. Nõ diſſimilis his tropis fuerit, faciem conſpui, impleri faciem ignominia. Iam quod labiorũ potiſſimum mentionem facit, iterum ſignificat Verbum, nam ſuo ipſorum Verbo confunduntur impij, ut infra capite decimo octauo, Os ſtulti contritio eius. Eſto itaq; huius Gnomes ſententia, Verbo Dei aduerſus inſidias Satanæ, cor muniẽdum eſſe.

Faciem conſpui.

Qui ambulat ſimpliciter, ambũlat confidenter.

Nona, bonæ conſcientiæ pacem prædicat, quia cor fidele pace & gaudio affluit. Contra, impiorum corda mali conſcientia pauent. Vt Eſaias inquit LVII. Non eſt pax impijs &c. Iam hic præterq̃ quod negat pacem eſſe ait fore, ut deprehendantur, quia confunduntur omnia conſilia impiorũ tandem, tametſi ſtetiſſe aliquandiu uideantur.

Qui annuit oculo, dabit dolorem.

Decima Gnome hypocriſin depingit. Nam uultum fingere eſt hypocritam agere, huius omnis doctrina inſidiatur ſimplicibus, ſicut Chriſtus monet Cauete pſeudoprophetas &c.

Fingere uultum

Deinde

Deinde & fucatis hominibus in conuictu nihil eſt peſtilentius, hoc eſt, quod ait: Dolorem da- *bit, ideſt, inſidiatur tibi, & ſtultorum labia cæ- dentur, ideſt, contumelia afficientur incauti, ſicut hypocritica doctrina multos ſeduci uidemus. Et alioqui in cōuictu fucati amici ſæpe grauiter lædūt.* *Fucati ami- ci pernicioſi*

Odium ſuſcitet rixas & uniuerſa delicta &c. *opit charitas*

Fieri nequit in conuerſatione hominum, ut ni- hil ſit, quod offendat, ideo Paulus inquit, Alter al terius onera portate. Itaq; ubi charitas non eſt, etiam leuiſſimæ cauſſæ diſſidia excitant, charitas perfert & condonat oīa. Vides itaq; de alienis delictis dici, uniuerſa delicta operit charitas. Et uo cauit in Colloſs. Charitatem uinculum perfectio- nis, propterea quod non poſſit cohærere eccleſia, niſi firmi ac infirmi ſibi mutuo cedant. *Charitas cō dimentum o- mnium*

Os autem impiorū operit iniquitas

Impij ea conſulunt quæ ſunt exitio ſibijpſis, hoc eſt, quod dicit, Os impiorū operit inqtas, cōuenit cum uerſiculo. Malum conſilium conſultori peſſimum.

In labiis ſapientis inuenietur ſapi entia.

Paulo ante ſapientem dixit Verbo cauere, & anteuortere inſidias Sathanæ & Hypocritarum, cum ait: Stulti labia cædentur, hic pœnam docet uetari. Sicut Matthæi xxiiij. Beatum ſeruum uocat, quē inuenerit ſic facientem &c.

Sapientes reponunt ſcientiam.

Verbū oportune dictum

Id eſt, Sapientes dicunt Verbum opportune, iuxta illud infra, Aurea mala in lance argentea uerbum opportune dictum. Stulti uero & ſeipſos Verbo confundunt, & alios perdunt. Sunt autem potiſſimum, qui nulla habita ratione conſcientiarum infirmas affligunt, duris blandiuntur &c. quemadmodum Ezechiel capite xiij. ſcribit.

Puluilli

Subſtantia diuitis, urbs fortitudinis eius.

Quod in Euangelio dictum eſt: Vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum, Idem hic ait, fidimus enim opibus, & diffidimus pauperes, quia non cernimus neq; bonitatem neq; uoluntatem Dei.

Opus

Opus iuſti ad uitam, fructus autem impii ad peccatum.

Conſilia & conatus impiorũ in ſpeciem præclari ſunt, cuiuſmodi erant qui Babyloniam turrim ædificabant, uerum irriti ſunt. Sanctorum opera uilia ſunt, & odioſa carnalibus, ſicut in Eſau & Iacob apparebat.

Via uitæ cũſtodire diſciplinam

Neceſſarium præceptum eſt de ijs, qui ſe iam iuſtificatos eſſe putant, ideoq; minori ſolicitudine uiuunt. Cum quibus expoſtulat Paulus pri. Corinthiorum quarto: Iam ne ſaturi eſtis? Et decimo: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere. Et infra capite uigeſimo nono: Virga & correctio tribuit ſapientiam. Itaq; prima Petri primo præceptum eſt, Animas ueſtras caſtificantes &c. *Contra ſecuros.*

Abſcondunt odiũ labia mẽdacia

Proſunt qui iuxta regulã Matthæi decimo octauo monent & increpant, non proſunt qui clam oderunt, nec ij, qui palam traducunt & infamãt. Itaq; mendaces uocat, qui clam oderunt ſtultos qui infamant, uult enim Dominus corrigi peccatorem

non infamari. membra honeſtiora tegunt ea quæ parũ honeſta uidentur. 1. Corinth. duodecimo.

In multiloquio non deerit peccatũ.

In loquaces

Dina Geneſis trigeſimo quarto, quom expatiaretur ad uidendas mulieres regionis uitium oblatũ eſt: idem fit ijs qui in prophanos ſermones euagantur, corrumpũtur & prophanantur & ipſi: infra uigeſimo nono, Vidiſti hominem uelocem ad loquẽdum, ſtultitia magis ſperanda eſt, q̃ correctio illius Et nota ſunt, quæ præcepit Apoſtolus in Epheſ. & Colloſſ. De Chriſtianis colloquijs.

Argentum electum, lingua iuſta.

Suauitas ſermonis

Argento gratia ſignificatur. Poſtulat itaq; ut iuſtorum ſermo gratioſus ſit, ſicut & Paulus præcipit ſermonem gratia ſeu ſuauitate condiri, ne increpationes quidem piorum gratia carent ſecunda Timothei ſecundo, Seruum Domini oportet manſuetũ eſſe. Et in Tito, Nõ iracundũ, non percuſſorem. Et infra capite decimo ſexto, Fauus mellis iucundus ſermo &c. Contra, impij furunt in rebus nihili, neq; quicq̃ ſani monent, ut infra decimo ſexto, Doctrina ſtultorum fatuitas. Digladiantur enim pro

enim pro ſuis traditionibus, de cibis, ueſtibus, & ſimilibus ſtultis obſeruationibus, uorant camelum, & colunt culicem.

Cor impiorum pro nihilo.

Ideſt, ſurunt pro re nihili, quid abſurdius hac traditione Papæ in canonibus, ubi ex ſe facit ſolem, ex Cæſare autem lunam. *Papa, ſol*

Labia iuſti.

Pij habent Verbum Dei uere. Impij aũt tametſi habent abutuntur, & quaſi non habent.

Benedictio domini diuites facit.

Et ſupra docuit, benedictione Domini res dari ac fortunari, quom ait, Non perdet Dominus fame animam iuſti. Hic adijcit, nec addet moleſtiam ideſt, impiorũ corda, quia fide carent, nunq̃ quieta ſunt, ſolliciti ſunt ne ſuccedat conatus, ne quis caſus res perdat, ut Eccleſiaſtes ait, Labor ſtultorũ affliget eos, ſic & in iuſticijs ſuis, corda nunq̃ erigun tur pace & gaudio ſpirituali, opera alia ſupra, alia coaceruant. Ac, ſi roges, ſentiãt ne Deo placere, neſcire ſe dicent. Cõtra, pij reſignãt ſe deo,

Corda piorũ tranquilla impiorum inquieta.

non infamari. membra honeſtiora tegunt ea quæ parũ honeſta uidentur. 1. Corinth. duodecimo.

In multiloquio non deerit peccatũ.

In loquaces *Dina Geneſis trigeſimo quarto, quom expatia retur ad uidendas mulieres regionis uitium oblatũ eſt: idem fit ijs qui in prophanos ſermones euagan tur, corrumpũtur & prophanantur & ipſi: infra uigeſimo nono, Vidiſti hominem uelocem ad loquẽ dum, ſtultitia magis ſperanda eſt, q̃ correctio illius Et nota ſunt, quæ præcepit Apoſtolus in Epheſ. & Colloſſ. De Chriſtianis colloquijs.*

Argentum electum, lingua iuſta.

Argento gratia ſignificatur. Poſtulat itaq; ut iu ſtorum ſermo gratioſius ſit, ſicut & Paulus præci- *Suauitas ſer- monis* *pit ſermonem gratia ſeu ſuauitate condiri, ne increpationes quidem piorum gratia carent ſecunda Timothei ſecundo, Seruum Domini oportet man ſuetũ eſſe. Et in Tito, Nõ iracundũ, non percuſſo rem. Et infra capite decimo ſexto, Fauus mellis iu cundus ſermo &c. Contra, impij furunt in rebus nihili, neq; quicq̃ ſani monent, ut infra decimo ſex to, Doctrina ſtultorum fatuitas. Digladiantur enim pro*

enim pro ſuis traditionibus, de cibis, ueſtibus, & ſimilibus ſtultis obſeruationibus, uorant camelum, & colunt culicem.

Cor impiorum pro nihilo.

Ideſt, ſunt pro re nihili, quid abſurdius hac traditione Papæ in canonibus, ubi ex ſe facit ſolem, ex Cæſare autem lunam.

Papa, ſol

Labia iuſti.

Pij habent Verbum Dei uere. Impij aūt tametſi habent abutuntur, & quaſi non habent.

Benedictio domini diuites facit.

Et ſupra docuit, benedictione Domini res dari ac fortunari, quom ait, Non perdet Dominus fame animam iuſti. Hic adijcit, nec addet moleſtiam ideſt, impiorū corda, quia fide carent, nunq̃ quieta ſunt, ſolliciti ſunt ne ſuccedat conatus, ne quis caſus res perdat, ut Eccleſiaſtes ait, Labor ſtultorū affliget eos, ſic & in iuſticijs ſuis, corda nunq̃ eriguntur pace & gaudio ſpirituali, opera alia ſupra, alia coaceruant. Ac, ſi roges, ſentiāt ne Deo placere, neſcire ſe dicent. Cōtra, pij reſignāt ſe deo,

Corda piorū tranquilla impiorum inquieta.

nec conſyderant res utut cadant, ſed de uoluntate Dei bene ſperant, Sicut Pſalmo quarto ait: Dediſti leticiam in corde meo, A fructu frumenti, id eſt, il lis dediſti frumentum, & alia: mihi autem pio, de diſti leticiam in corde, illi affluunt delitijs, at ca‑ rent hic cordis gaudio. Illis dantur opes, his au‑ tem cordis leticia.

Nec ſociabitur eis adflictio.

Alterum, illud eſt, ubi benedictio Domini eſt, ibi nulla moleſtia laboris. Contra in impijs fit, Saul anxius fuit, ut regnum ſuum traderet poſteris tamen tota eius poſteritas eſt extincta.

Quaſi per riſum ſtultus opera tur ſcelus.

Quidam adeo metu omni Dei uacant, ut temere auſint quicquid in mentem uenit, cuiuſmodi multos principes fuiſſe conſtat. Sed hanc impietatem qui‑ dam uafricia tegũt, qui pietatis titulo & rebus om nibus abutuntur ad ſuam libidinem, & iuuat eos plane hoc modo fallere, qualis Herodes fuiſſe uide‑ tur, ij ſunt qui ſcelera tanquam per iocum perpe‑ trãt. Monet itaq; Solomõ ſapiẽtiã eſſe hos cauere.

Deſyde

Deſyderium ſuum iuſtis dabitur

Id eſt, Voluntatē ſuam explebit, hoc eſt, exaudientur

Quaſi tempeſtas.

Pſal. Tranſiui & ecce non erat impius. Accepta eſt hæc ſententia ex Pſal. XXXVI. *Impij uel res impiorum uidentur florere aliquandiu, ſed ubi iudicauerit Dominus, pereunt.*

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis.

Graphice depingit Magiſtratus, & eos qui rebus aliorum curandis præfecti ſunt. Conſtat enim quantum ceſſatores illi nocent. Sic deſcripti ſunt Epiſcopi Matthæi uigeſimo quarto: Manducet & bibat cum ebrioſis. Et Oſeæ ſeptimo: Ceperunt principes furere à uino. *Ceſſatores*

Natura fit, ut negligenter curemus res alienas, ut plerunq; ſunt oſcitantes in rebus publicis, ut Epiſcopi non fecerunt ſuum officium, non exubarunt, non docuerunt Verbum, nec conſcientias conſolati ſunt. Item qui docent negligenter: Nulla maior peſtis in rebus publicis quàm mali Doctores.

Timor domini adponet dies.

Caro dicit, laute uiuere, hoc eſt, apponere dies, facere qđ libet. Scriptura aūt dicit. Timētes Dominū, bene uiuēt, & pacati erunt in cōſcientijs.

Super terram.

Pij perdurabunt, impij autem perdentur. Habitare terram uiuentium, eſt regnare, poſſidere uere omnia in CHRISTO.

Os iuſti pariet ſapientiam.

Ex Pſalmo trigeſimo ſexto, Os iuſti propagabit ſapientiam. Et os impiorum peruerſitatem, ideſt labia iuſti non fallunt, impij autem fallunt, peruerſiſſime agunt & docendo & uiuendo. Contra autem pij & uiuūt & proſunt omnibus hominibus.

Finis Capitis Decimi.

CAPVT XI.

Statera doloſa abominatio eſt apud deum.

HAEC GNOME, accepta eſt ex Leuitici decimo nono Capite. Eſtq; ſententia ſæpe repetita in ſcripturis Oſeæ duodecimo Et Amos octauo, Pſalmo Fraus LXI. Simul omnes homines damnat fraudis, cum inquit: Mendaces filij ho minum in ſtateris. Complectitur autem non modo technas & artes, quibus inſidiantur pecuniæ qui negociãtur, ſed omne iniquum iudiciũ: quis eſt aũt qui nõ mentiatur iudicando fratrẽ, quom Dominus ſibi uendicet iudicium dicens, Meum eſt iudicium.

Vbi fuerit ſuperbia ibi et cõtumelia

Superbi contemnũt præ ſe reliquos, quemadmodum Superbi Sennacherid præ ſe Iudæos contemnebat quarto Regum decimo octauo. Porro quia iudicant & contemnunt reliquos, ideo excæcãtur, nec uident iudiciũ Dei, Abacuc ſecundo, Quomodo ui num potantem decipit, ſic erit uir ſuperbus. Et Eccleſiaſtici undecimo, Sicut perdix inducitur in caueam, & caprea in laqueum, ſic cor ſuperbi &c.

Contra, humiliati à Deo norunt eius uoluntatem & iudiciū, neminē contemnunt, prima Petri quinto, Superbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Et Eſaiæ LVII. Habitans cum contritu & humili ſpiritu.

Integritas rectorũm ducet eos &c.

Cæcitatem opponit integritati, integritas eſt ſana opinio de Deo. Carnales opiniones de Deo ſunt, quod non ſit tam ſeuerus iudex, quod non reſpiciat nos, quod noſtris operibus debeatur aliquid &c. Verum ſana mens ſentit & uim iudicij & miſericordiam, neq; quicq̃ ſuum ſpectat in cultu Dei. Eſt itaq; cæcitas praua illa opinio, quam de Deo fingit caro, quia ita libet. Sicut corrupti iudices excæcantur, ideſt, opinionem quãdam concipiunt, ac prætextum, quo uel conſcientiæ ſuæ uel alijs fucum faciant, ex adfectu ſuo iudicant, non ut res poſcebat.

Non proderunt diuitiæ.

Ideſt, nulla res humana prodeſt, uel tuetur aduerſum iudicium Dei, iuſticia dirigit eum.

Vanitas

Vanitas.

Significat

Significat omnem conatum humanũ ,quia non durat, non fiunt benedicente Domino. *Saul non perſtitit, quia erat humanus conatus.* Omnis *ille furor eius ad gloriam uanus fuit.*

Mortuo homine impio &c.

Antequàm iudicet Deus, *Impij putant ſe florere.* Pij *autem ſperant in* Deum, *ututres habeant. Hi ſperant in morte etiam ipſa, ſunt ſiti bono loco non corruunt, illi autem ſunt puluis, diſperguntur à uento, pereunt afflati iudicio* Dei, P*ſalmo primo*

Expectatio ſollicitorum.

In hebræo, Expe*ctatio uanorum peribit, qui magna moliuntur, nihil efficiunt,* Vt *multos annos iam* Principes *mundi aduerſus* Euangeliũ *laborarunt, nihil tamen effecerunt, non potuerũt eos perdere, quos uolebant.* *Principes aduerſus* Euan*gelium*

In bonis iuſtorũ exaltabitur ciuitas.

F*lorere reſpublica iudicat ratio, ſi ſapientes imperent, ſcriptura uero benedictioni* Dei *illud tribuit.* Benedicit *autem* Dominus *uniuerſæ* Reipub*licæ, propter pios, ſicut in* Naaman Syro *appa-* Floret *Reſpublica* pp. *pios*

ret, & in Helia. In filijs Iſrael præſidente Moſe populo. Item perierunt ciuitates Sodomorum, quando nec pauculi iuſti inuenti ſunt.

Qui pudefacit amicum ſuum.

Clam eſſe monendũ.

Vetat & ſupra alterius famam lædere, abſcondunt odium labia mendacia, qui conuicium facit inſipiens eſt. Ita hic etiam monet, Qui pudefacit proximum ſuum ſtultus eſt, ideſt, qui palàm facit clandeſtinum alterius peccatum, unde infamiam contrahat. Nam et Matthæi decimo octauo præceptum eſt, ut clam moneamus. Et quod ſubijcit, Vir intelligens tacebit, puto pertinere ad eũ, cui fit conuicium, ut conuiciatorem ferat, ac diſſimulet, quia Dei iudicium eſt.

Suſurro reuelat arcana.

Ferè eodem pertinet ſequens Gnome. Supra de cõuiciatore, hic de ſuſurrone monet, ut utrunq; damnet, & caueri doceat.

Vbi non eſt gubernator.

Paulo ante docuit Reſpublicas benedictione Domini florere, hic adijcit modum, quo Dominus proſpicit rebus

ſpicit rebus publicis, iuuat enim conſilio, dat Principes bonos, niſi enim ipſe fortunet conſilia, quantumuis ſapientes errant ſuo & publico malo, quemadmodum uidemus fruſtratum eſſe Achitophel.

à Domino datur bonus Princeps.

Mulier gratioſa inueniet gloriam.

Hæc Gnome diſcernit uiri & mulieris officia. Viri eſt tueri rem familiarẽ, iuxta illud Geneſis: In ſudore uultus tui comedes panẽ tuum. Hoc enim iniunxit uiro Dominus, ut alat familiam.

Viri & mulieris officia.

Mulieris officium eſt ſubditam eſſe, et obſequentem marito. Hoc enim uocat mulierem gratioſam, ut uocabulum gratioſa duo illa complectatur, quæ ſunt in priori Epiſtola Petri Cap. tertio Spiritum quietum & modeſtum. Exigit enim ne ſit moroſa, difficilis, importuna, item ut ſit modeſta.

Conſilium huius libelli eſt, ut formet & mores & opiniones.

Vulgare delictum, eſt lædere alterius famam.

Eccleſia eſt Verbo genita, Verbo alitur.

Nemo eſt tam malus, qui non uelit ſaluam famam ſuam.

Bene conſulere non poſſunt ſapientes, niſi Dominus benedixerit.

Viri officium eſt alere, Mulieris gignere, Sua cuiq; crux eſt impoſita.

In magnis rebus facillime peccatur.

Beneficus animam ſuam ablactat.

Confert inter ſe beneficum, & eum qui charitate uacat. Beneficus *Beneficus ſeſe fraudat ut alteri commodet, ut muliercula Sarretana, tertio Regum decimo ſeptimo, Sic CHRISTVS expoliat ſe formis potentiæ & iuſtitiæ ſuæ, ut commodet nobis, hoc eſt, quod ait: Beneficus ablactat animā ſuam. Contra, is qui uacat charitate uſq; adeo ſeſe non fraudat, ut præfracte aliena rapiat, ſeuiat in alios, Qualis eſt Achab tertio Regum capite uigeſimo primo. Deſcribit itaq; charitatem eiuſmodi eſſe, quæ ſe exuat, & alijs offerat. Contra, qui uacāt charitate, uiri ſanguinum ſunt.* Vacans charitate

Abominabile domino cor prauum

Integros peruerſis opponit, quemadmodum ſupra cæcitatem integris oppoſuit. Itaq; quom cōſtet integros eſſe ſeu incorruptos, quorū opinio Peruerſi

de Deo

de Deo ſana eſt, Peruerſi ſunt, quorum corrupta eſt opinio, hoc eſt, qui imaginantur Deum pro ſuo arbitrio, nec metuendum, nec item eiuſmodi, cui confidant. Et quia nihil accipere ſe diuinitus ſentiunt, feruntur ſuo impetu ad ea quæ arrident, ſua mirantur, Dei opera contemnunt et auerſantur, Qualis eſt Achas Eſaiæ ſeptimo, Hos uocat Titõ primo, Abominabiles, & qui perſuaderi non poſſint, Et ad omne bonum opus reprobos.

Manus in manu, non erit innocens *Conſpiratio impiorum*

Videtur conſpirationem impiorum inter ſe ſignificare, adeoq; uehementem conatum, quom ait Manus ad manum, ut ſit ſententia, Impij parant ſibi uires, quibus ſe tueantur, inter ſe conſpirant, ne regnum amittant: ſicut Pſalmo decimo ſexto inquit: Adipem ſuum concluſerunt, ideſt, uires ſuas coniunxerunt. Sic Iudæi cum Pilato conſentiebant in opprimẽdo CHRISTO, *quod de ſuo utrinq; regno agi putarent. Sed irritum eſſe conatũ Pſalmus ſecundus docet, Habitator cœli irridebit eos.* *Verſiculi ſententia.* *Eſt itaq; ſumma ſententiæ, qui ſe uiribus ſuis tueri ac ſaluare conantur, eos ruere neceſſe eſt: potes ſic interpretari, Manus ad manũ non expiabit ma*

lum .i. Non liberabit à malo & ſemẽ iuſtũ euadet.

Circulus aureus in naribus ſuis.

Sicut ſupra gratiam mulieris gloriã eſſe ſtatuit, Ita hic docet gratiam non eſſe formam, ſed modeſtiam. Ceterum iuſtitia carnis ſignificatur, quæ Verbum Dei gerit in naribus, & in ſpeciem formoſa eſt. Probantur enim humanæ ordinationes, & tamen ſtulta eſt, Deum ignorat, adeoq; nec metuit, neq; illo fidit.

Gratia modeſtiam ſcilicet.

Deſyderiũ iuſtorum tm̃ bonũ eſt.

Omnia quæ agunt ſancti, quia filij ſunt, placẽt Deo, ut Eſaiæ LVI. ait: Victimæ eorum placebunt mihi, Et Malachiæ tertio, Erunt mihi peculium & parcam eis, ſicut parcit uir filio ſuo ſeruienti ſibi.

Gratiæ diuinæ commendatio.

Sanctorum infirmitates & omnia cooperantur eis in bonum: ſicut Apoſtolus ait Roma. octauo. Rurſus impiorum uictimæ maledictæ ſunt, Eſaiæ primo. Itaq; furor, id eſt, ira Dei maledicit omnibus eorum conatibus & operibus. Eſt in ſumma hæc ſententia cõmendatio graciæ & iuſtitiæ fidei, quæ paria facit omnia opera.

Abraam immolauit filium ſine peccato, alij aũt

cum ſecuti

eum ſecuti, peccauerunt, quia non habuerunt Verbum. Itaq; opera ſanctorum & impiorum ſecundum ſpeciem non differunt, ſed ſecundum fidem et infidelitatem. Sancti uiuunt in cruce, non poſſunt ideo in ſpeciem multa operari. Contra faciunt impij.

Opera ſanctorũ & impiorũ in ſpeciem paria.

Alii diuidunt ꝓpria, & ditiores fiũt.

Supra docuit benedictione Domini fortunari laborem, & donari rem. Hic adijcit, quibus benedicat, ijs uidelicet, qui ipſi liberaliter etiam alios iuuant. Sicut Apoſtolus ad Corinthios ſcribit nono capite, poſterioris Epiſtolæ, Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem adminiſtrabit, & multiplicabit ſemen ueſtrum, id eſt, Dominus liberaliter dantibus conſeruabit & augebit rem, id quod uidemus accidiſſe Sarreptanæ, tertio Regum decimo ſeptimo, Et Deute. decimo quinto. quom præciperet dari egentibus, adiecit, Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus. Huc pertinet quod ait: Omnia quæ benedicit impinguabitur. Quidã ſunt de alieno liberales, de ijs hic non dicitur, ut hodie Templa uidemus extructa ex rapinis, in hoc declarauerũt ſe eſſe prædones. Alij non largiũtur in loco,

Liberalitas.

De alieno corio liberalis

ſed quod pauperibus debebatur, prodigunt in uſus templorum, ut Miſſæ & Præbendæ.

Qui abſcondit frumenta, maledicet

Antea prouocabat ad eleemoſynas premio, nũc minis etiam eodem adhortatur, quom dicit fore, ut malediatur cuſtodientibus frumentum, ut faciamus nobis amicos de mammone iniquitatis, ut quom defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula, Luce decimo ſexto. Bene præcantur coram Deo pij ijs à quibus iuuantur, ſicut Apoſtolus ſecunda Timoth. primo, Bene præcatur Oneſyphori hoſpitis domui. Helias ac Heliſeus ampliſſimam gratiam retulerunt hoſpitibus. Porrò in hæbreis paulo latius patet ſententia, Qui prohibet frumentum, ut poſſit & ad res ſpirituales accõmodari maledici eos qui Verbo fraudant, qui uetant Verbũ audiri. Sicut Amos prohibenti uerbum maledicit, Amos ſeptimo, Tu dicis, non prophetabis ſuper Iſrael &c.

In hoſpitalibus.

Bene conſurgit diluculo, qũi quærit bona.

Significat cõſecuturos eſſe bonos et malos quod quærunt

quærunt, ſed eſt horrendum iudicium Dei, *quod impij non impediuntur,* Sicut Pſalmo CVIII. *inquit, dilexit maledictionem & uenit ei, noluit benedictionem &c.* Et Pſalmo LXXIX. Non *exaudiuit populus uocem meam & non intendit mihi, & dimiſi eos ſecundũ deſyderia cordium eorum, & ibunt in adinuentionibus ſuis.* Et Eſaiæ tertio, *Ruit* Ieruſalē *quia lingua eorum, et inuentiones eorũ cōtra* Dominum, *ut irritarent oculos maieſtatis.* Horrendum iudicium dei, quod impios ſibi permittit

In hunc modum Scriptura monet, quod Dominus ſinat impietatem furere, ut prorſus induretur, donec pereat. Hanc *cæcitatem depræcamur, cum oramus,* Adueniat *regnum tuum; ne tradamur deſyderijs noſtris.*

Qui cōturbat domum ſuam, poſſidebit uentos.

Primum hæc Gnome *ad familiam conſtituēdam & regendam pertinet.* Eſtq; *hæc ſententia,* Qui *familiam male adminiſtrat, hoc eſt, non facit præceptum* Dei *laborando, gubernando, is uentos inuitat, ideſt, uaria conſilia capit rei tuendæ, iam hoc, iam illud inſtituit. Item diſſidia familiæ uariæq; uoluntates labefactant eam, hoc eſt, quod* Paulus Familiæ conſtitutio.

præcepit ad Timoth. Vt ſuæ quiſq; domui rectè præſit, ſic ſit in repubuca gerēda, pereunt illæ, cū uenti admittuntur. Significant enim uenti prudentiæ humanæ ſpecioſa & uaria conſilia, quæ quia non ſunt ex Deo, irrita ſunt & uana, ſicut Achath conſilium, quom ab aſſyrijs opem imploraret. Sic de Eccleſia actum eſt, ubi uentoſi Doctores, qui humana docent, admiſſi fuerint. Comparat enim & Paulus in Ephe. doctrinam humanam uentis.

Venti ſunt, doctrinæ humanæ.

Qui ſuſcipit animas ſapiens eſt.

In hebræo. Capit animas ſapiens, id eſt, attemperat ſe fortibus & imbecillibus, ſeruus fit omniū, ut lucrifaciat omnes. Conſcientiæ duræ indureſcūt magis, imbecillibus eſt ſeruiendum.

Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius.

Crux

Hæc Gnome doctrina crucis eſt. Primū enim monet in terra, in hac uita, pios affligi, ſicut & Petrus ait prima Petri quarto, Iudicium à domo Dei incipiat. Et quia res ſecundæ impiorum ſcandala ſunt pijs, ideo reuocat eos ad conſyderādum iudicium Dei, fore, ut illi quoq; puniantur, ſed eo grauius

grauius, quia hic non puniuntur. Huc pertinent *Pſal. ſeptuageſimo ſecũdo, Et quadrageſimo octauo Introibit uſq; in progenies patrum ſuorum &c.*

CAPVT XII.

Qui diligit diſciplinã, diligit ſcientiã

IDEST, QVI FERT *mortificationẽ ſenſus ſui, is demum percipit Verbũ, qui non fert crucem inſipiens eſt, ideſt, ignarus uoluntatis Dei. Nam uoluntas Dei eſt, ut mortificemur, ut conſtat ex capite tertio. Quem diligit flagellat. Verũ caro præſentia ſpectat, nõ uoluntatẽ Dei, Itaq; iudicat non aliter atq; equus ac mulus.*

Extra tentationem non experimur quæ ſit uis Verbi Dei.

Doctrina ſpiritus non percipitur, niſi mortificato ſenſu carnis.

Quoad durat ſenſus noſter, non intelligimus neq; fidem neq; timorem.

Qui bonus eſt hauriet ſibi gratiam.

Gratia uoluptas & iucunditas eſt.

Ideſt, pij, quia non fidunt creaturis, ideo ſiue res ſint ſecundæ, ſiue ſint aduerſæ, conſolationem capiunt diuinitus, ut Pſalmo quarto *dicit.* Dediſti *lætitiam in corde meo.*

Qui aũt confidit in cogitatõib. ſuis

Scilicet quemadmodũ ij, qui Turrim Babylonis *ædificabant.* Et *ſapientes ægypti et* Babylonis *apud* Eſaiam, *quorum omnium ſapientiam damnat* Dominus, *ſuntq; qui magna moliuntur humano conſilio. Alij ſuo conatu ſe iuſtificant, quos dignitatis amplificandæ ſtudium tenet &c.* De quibus Pſalmo *trigeſimo ſecundo dicitur.* Dominus *diſſipat conſilia gentium &c.*

Carnales homines ſua ſapiẽtia & iuſtitia, multa ſibi pollicentur. Eſt *proinde hæc ſententia contra* Liberum

tra Liberum Arbitrium, nam bonus à Domino habet, quod habet, ille autem damnatus eſt qui nititur ſuis conſilijs.

Non roborabitur.

Ideſt, non erit fortunatus per impietatem, non durat impius, nam ſicut fumus præterit, ſicut Abſolon credebat ſe fortunatum in adipiſcendo regno, ſed euerſus eſt.

Radix iuſtorũm non cõmouebitur.

Ideſt, illi erunt fortunati, etiam ſi ſordeant coram hominibus.

Mulier ſtrẽnua corona eſt uiro ſuo

Ideſt, quæ ſuæ uocationi ſeruit, hoc eſt, placida eſt & modeſta. Impudica autem eſt putredo in oſſibus eius, ſcilicet quæ caret alterutro muliebriũ ornamentorum, ideſt, quæ uel moroſa eſt uel impudica. Significatur & Eccleſiæ diſcrimen & Synagogæ. Eccleſia ſtrennua eſt, hoc eſt, uerſatur in operibus ueris, non ſimulatis. Synagoga aũt impudens eſt, quia ſibi iuſtitiam comminiſcitur, noua opera fingit.

Ornamenta muliebriã quæ.

Cogitationes iuſtorum iudicia.

Ideſt, iuſtæ ſunt, Sy ſindt redlich, ideſt, Iuſti neq; ditēſcere alieno incommodo uolunt, nec dignitatem augere.

Et conſilia impiorum fraus.

Eſtq; hæc ſententia, Viros ſanguinū eſſe omnes impios, itaq; non dubium eſſe quin fallant, ſicut in Pſalmo ait: Nolite *confidere in principibus in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.*

Propter prudentiā laudatur uir.

Prudētia ſpiritus. *Hæc Gnome diſcrimen continet prudentiæ ſpiritus & carnis. Prudentia ſpiritus eſt, qua cauti omnia gerimus, & ſuſcipimus coacti mandato* Dei*. Itaq; hanc non modo mundus culpare non poteſt, ſed nec Satan præcipitare poteſt, & conſcientia parata eſt, Deo rationem reddere, quādo quidem nihil ſine fide inchoat.* *Carnis prudentia.* *Econtra prudentia carnis eſt qua præter mandatum Dei ſine fide, ſine timore quippiam ſuſcipimus aut gerimus, ſicut Saul ſine fide bellum indicit Gabaonitis. Et Ioſias ægyptio regi bellum facit. Sunt enim hæc exempla eorum qui adducti humano conſilio pertinaciter perrum*

ter perrumpere ſtatuunt. Quemadmodũ & nunc multi ſine fide & timore audent uel perſequi Euan*gelium uel tueri, qui ruunt & confunduntur tandem, poſteaquàm uentũ eſt ad iuſtam pugnam, ſicut illi in* Machabeis, *qui deſerta ſtatione ſua erumpunt ex urbe dimicaturi cum hoſtibus, hoc animo, ut dicant,* Faciamus *& ipſi nobis nomen.* Pruden*tiæ ſpiritus officium eſt, mores, conuerſationem publicam ac priuatam ita moderari, ne in Satanæ laqueos incidamus. Contra prudentia carnis præter mandatũ* Dei *omnia audet & aggreditur, ideo uocatur hic iniquitas cordis.*

Melior eſt uilis & qui ſua operatur.

Vocationi ſuæ ſeruiendum eſſe.

Et *hæc Gnome ad uocationem pertinet, quia enim ſui quenq; pœnitet, & ſua cuiq; conditio ſordet, adfectamus illuſtrius uitæ genus. Sic & in rebus ſpiritualibus fit, ubi aliorum dona ſpectamus, quibus* Ioannis *ultimo dicitur, Quid ad te, tu me ſequere,* Ita *ferre debemus qualecunq; uitæ genus grato animo.* Hoc *eſt quod laudat uilem.*

Deinde adiecit, quia ſua operatur, ideſt, qui uocationi ſuæ ſeruit, ſedulo ac ſtrennue id agit quod mandatum eſt, ſicut ſupra præceptum

eſt capite quarto, Oculi tui præ te eant. Et capite decimo, Sicut fumus oculis &c. Sic pietas utilis eſt & ſua operatur. Itaq; ſuccedit res fœliciter. Contra, impietas glorioſa ad magna contendit, & pane indiget, ideſt, nihil proficit uſquam, ſicut in Abſolon apparet.

Prudentia carnis uerſutia eſt, qua inſidiantur impij aliorum uitæ, gloriæ, opibus &c.

Prudentia ſpiritus ſpectat mandatum Dei, nullum uitæ genus adit, quod non cogit mandatum dei, cauta eſt, ut poſſit reddere rationem uitæ ſuæ, in ſumma, nihil facit quod non cogit mandatum dei.

Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum.

In uſu rerum differētia pij & impij.

Hoc differunt in uſu rerum pij & impij, quod pij ſentiunt uere Dei donum eſſe, quæ poſſident, ſicut Iacob ait Geneſis trigeſimo tertio, Accipe benedictionem quam attuli tibi, quam donauit mihi Deus. Impij ſentiunt ſua induſtria parari rem. Itaq; fit ut iuſti utantur munere Dei iuxta illius ordinationē, aliena non rapiunt, ſua curant. Et quia præcepit Dominus, Boui trituranti non ligabis os, ut curentur pecudes, paſcit quoq; iuxta uolūtatem Domini

Domini. Contra, impius nulla re utitur iuxta ordinationem Dei, propterea nec ſua curat, & aliena rapit ſine reſpectu uoluntatis diuinæ. Cæterũ eſt & hic ſignificatũ qd corpori debeatur, iuſtitia ſpiritus honorem habet corpori, ſicut eſt in. II. cap. Colloſs. Impietas per iuſticias carnis corpus pdit.

Animam, ideſt, uitam, non abutitur. ſic curat ut ſit uſui ſecundum uoluntatem Dei.

Viſcera in ſcripturis ſumuntur pro adfectu, ut per uiſcera miſericordiæ ſuæ, ideſt, per adfectũ ſeu cõmotionẽ animi. Sic in hiſtoria Solomonis de matre, cuius uiſcera, ideſt, animus commotus eſt. Viſcera Cor impiorum crudele eſt, ideſt, abutuntur rebus, non curant eas ut ſint uſui, Res omnes nobis datæ ſunt, ut habeamus earum uſum.

Mandatũ eſt de uocatione, ut quiſq; res ſuas gerat, qui hoc faciet, illi benedicet Deus, habemus mandatum ut laboremus, terra autem maledicta eſt propter peccatum, quicquid ergo nunc fert, fert ex noua Dei benedictione, non eſt naturæ uirium. Exigitur autem labor, non ut per eum pararetur res, ſed ut ſeruiat uoluntati diuinæ, quia ſic uoluntas Dei eſt.

Qui operatur terrã ſuam ſaturabitur

Domino benedicente terra rurſus gignit.

Epitheſis eſt in particula, ſuam, Pij laborant in ſua uocatione, & ideo laborant, quia Dei uoluntas eſt, non ut inde uictitent, quia Dominus maledixit terræ, Itaq; noſtro labore non poteſt effici ut ferat aliquid, ſed Deo benedicente rurſus gignit. Labor autem impoſitus eſt, ut dometur corpus peccati, ideo ait CHRIſtus, Sufficit diei malicia ſua.

Via ſtulti, recta in oculis eius.

Hypocriſis

Sæpe repetita eſt hæc ſententia capite decimo quarto. Eſt uia quæ uidetur homini iuſta, nouiſſima eius ducunt ad mortē, & capite decimo ſexto Monet autem hypocriſin ſeſe iudicare non poſſe, ſed probare ſua cōſilia, ſuas iuſticias, ſicut & Hieremias inquit capite ſexto, Erubeſcere neſcierunt hoc eſt, quod ait: Via ſtulti recta in oculis eius. Iudicium autem ſpiritus eſt, Ioannis decimo ſexto. Spiritus ſanctus arguit mundum de peccato, huius eſt conſilium, & hunc ſapientem uocat qui audit.

Deſyderium impii &c.

Ideſt, excogitant fraudes: & quia fraudes excogitant ideo peribunt. Cæcitas, omnium atrociſſima pœna, quæ ſunt in ſcripturis.

Doctrina eſt argumentum pietatis uel impietatis. Impij ſic prædicant, ut ipſi ſeſe coarguant.

Propter peccata labiorum &c.

Sic eſt in hebræo, Per præuaricationē labiorū capitur malus, ideſt, Sermo confundet & coarguet impios, ſicut infra dicit capite decimo octauo Os ſtulti contritio eius.

Piorū merces eſt bona, impios pœna ſequetur.

Fatuus indicat ſtatim iram ſuam.

Vetat ſententia uinci iram, Iuxta illud Epheſios quarto. Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur à uobis. Impij erumpunt ſicut in Eſau apparet, aut diſſimulāt aliquantiſper, ſicut Saul, tametſi ea diſſimulatio non ſit perpetua. Proptterea hic diſerte ait, non iram celari ſed contumeliam, ideſt ipſam iniuriam remitti & relinqui Deo iudicandā, qui ait, Mihi uindictā. Et hoc differunt Pij ab hypocritis, quod Pij ſenſu bonitatis Dei coguntur ne cupiant lædere, & ut gloriam uindictæ Deo cedant. Hypocriſis non cogitur fide, ut ne cupiat quidem nocere. Ita præcipit Pſalmus ne cædamus carnu, cum inquit, Iraſcimini & nolite peccare.

Amarulenti.

Diſſimulandam eſſe contumeliam

Dicite in cordibus ueſtris & tacete. Ita prima Petri ſecundo ait. Tradebat ſe iudicanti iuſte.

Conſolatur & hæc ſententia in cruce, quom Solomon prædicat callidos eſſe, qui celent contumeliam, ideſt, remittant & relinquant Deo uindicandam. Mundus uult tueri ſuis uiribus ſua induſtria &c.

Qui quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt.

Calumniæ in iudicijs

Calumnias in iudicijs uetat, quibus fucantur cauſſæ, quo minus poſſit deprehendi quid recte ſtatuatur, Itaq; teſtimonium ementitum fraudem uocat, hoc eſt, non ſimplex mendacium ſed fucatum cuiuſmodi ferè ſunt hodie technæ, quibus in iudicijs utuntur.

Labium ueritatis.

Veritas ſibi per oïa conſtat.

Labium uerum firmum eſt, & mox uariat lingua mendax: Impij ſuo ſermone confundentur.

Firmum, ideſt, conſtans & ſui ſimile eſt, Vt doctrina pietatis, quia ueritas eſt, ideo ei congruūt omnia uerba ſcripturæ, hypocriſis autem nequaq̄ poteſt conuenire cum illis. Variat lingua mendax ideſt, ſta

ideſt, ſtatim coarguitur ſuo ipſius ſermone, nõ conſentit ſecũ ipſa, non congruunt mendacia inter ſe: ut, nunq̃ potuerunt illa inter ſe conciliari, iuſticiã eſſe fidei & operum, per eos, qui ſunt Liberi Arbi*trij defenſores.*

Dolus in corde cogitantium.

Dolus in corde machinatur malum, ideſt, malum uertet in caput auctoris, iuxta illud Pſalmi. In*cidit in foueam, quam fecit.* Vt *Abſolon patri inſidias ſtruxit, quom tamen ipſe perierit.* Et *ferè illi uincuntur, qui primi belli cauſſam dederunt.*

Non contriſtabit &c.

Senſus pietatis de Deo

Pietas non ſecundum res neq; bonas neq; malas iudicat, ſed ſentit omnia dari è manu Dei, *ſiue ſint ſecunda ſiue aduerſa.* Ideo *ſemper eſt intenta in uoluntatem* Dei, *& conuertit oculos in conſpectũ* Dei, *non conuertit ſe ad res, quæ eam nec triſtant nec exhilarant, ſed ſola uoluntate* Dei *gaudet, per tribulationem ſentimus manum eripientis nos* Dei *ex ea,* Pſalmo. *Dediſti lætitiam in corde meo, tametſi res ſint aduerſæ, tamen uoluntas* Dei *conſolatur eum, ut ait* Pſalmus: *Signatum eſt ſuper nos lu*

men uultus tui Domine &c. Impij *autem replebuntur malo, ideſt, corruent, quia iudicant ſecundum res, nam quando deſinunt creaturæ eſſe pulchræ, ſuaues, cadunt & perturbantur.*

Labia mendacia.

Ideſt, omnis hypocriſis.

Qui aũt fideliter agunt, placent ei.

Cultus Dei ſimulatus

Ideſt, ueraces placent ei. Omnis ille cultus dei carnalis diſplicet Deo, nam mendax eſt & fucus. Apoſtolus alijs uerbis hanc expreſſit ſententiam, quom inquit, uirtutem facientes, ideſt, ueraſcẽtes ut ſubinde ſemper magis ueraces fiamus. Quæ oriuntur ex carne, mala ſunt & mendacia & hypocriſis. Econtra pietas non diſſimulat aut ſimulat, illa non poteſt uelle nocere, ideo uerax eſt. In cultu Dei id ueraciſſimum eſt, nam quom ſentimus fidem, tum ſentimus plane mendaciũ eſſe quicquid ſimulatura carne.

Homo uerſutus cælat ſcientiam.

Hypocriſis oſtentatrix

Quia hypocriſis fidit ſua ſapientia & iuſtitia ideo continere ſe non poteſt, quin oſtentet ac prædicet eam

dicet eam, ſicut Phariſeus ille Lucæ decimo octauo. Et Heliu Iob trigeſimo ſecundo. Plenus ſum ſermonibus, coartat me ſpiritus uteri mei. Verum, quia non eſt ſapientia Dei, quicquid poteſt hypocriſis ideo ſtulticiam uocat, quem ait, Cor ſtultorũ prædicat ſtulticiam.

Econtra quia pius in Deo ſapiẽs & iuſtus eſt, ideo non quærit humano die, ſicut Apoſtolus ait prima Corinthiorum quarto, iudicari, ſed contentus eſt uoluntate Dei bona erga ſe: & quando eam ſapientiam aut iuſtitiam prædicat, de ſe nihil prædicat, quia quæ habet agnoſcit aliena eſſe, gaudet, ſapiens eſt & iuſtus coram Deo & in Deo, quod quia abſconditum eſt coram mundo, ideo non prædicat coram porcis aut canibus.

Scientia Dei præditus.

Eſtq; & hæc ſententia conſolatio in cruce; cum ſapientes uocat eos, qui humano iudicio ſe condemnari patiuntur.

Humanus captus prorumpit, uult ſe ulciſci; ſed pietas tradit ſe iuſte iudicanti, permittit Deo uindictam:

Deo adimere uindictã, eſt Deo ſapientiã adimere;

Sequitur eos gaudium, ideſt, qui bona conſulunt, bene habebunt.

Scriptura exigit iuſticias carnis, ſed tamen in his non eſt iuſticia.

Veritatis oratio ſimplex eſt.

Ferè uincuntur iſti, qui bella ſuſcipiunt. Deus ſibi uolt adſcribi uindictam, non eſt noſtra.

Eſt qui ꝓmittit & quaſi gladio &c.

Delator *Delator eſt perinde ac is, qui gladio fodit, cognatum eſt calumniæ uicium delatio, quam cædi cõparat. Conuenit cum hac ſententia uulgaris illa, non eſſe remedium aduerſus Sycophantæ morſum Inſigne exemplum eſt Doech primo Regum uigeſimo ſecundo, Et Iudas, & ſunt huiuſmodi omnes qui efficiunt ut ludibrio* CHRISTVS *habeatur.*

Manus ſedulorum dominabitur.

Sedulitas *Paſſim ſedulum fraudulento opponit ſeu potius fruſtranti, ut uocet ſedulum eum qui ſtrennue ſuæ uocationi ſeruit. Nam in hoc laborant Pij, ut mandatũ Dei faciant, ſiue res obueniãt, ſiue nõ obueniãt et ijs benedicit Dominus. Contra fraudulẽti*
Fraudulenti *non faciunt officiũ uocationis ſuæ, ſed aliud ex alio inſtituũt, et ſicut ſupra inquit, uanitates excogitant, quibus uitam tueantur adeoq; ocioſi ſunt. Vocabis*

itaq;

itaq; manum fraudulentam ſeu fruſtratricem: ſicut Oſeas *ſeptimo capite, Arcum doloſum dixit, hoc eſt, minantem iaculum, ſed non torquentem. Sic ij præ ſe ferunt laborem, tametſi nihil agant, quia non faciunt officium ſuum. Eſt & hic collata iuſticia ſpiritus cum iuſticijs carnis. Iuſticia carnis multa opera minatur & uacat cruce. Iuſticia ſpiritus uerſatur in cruce, & neceſſarijs operibus. Eodem pertinet ſententia ſequens, non conſignabit fraudulentus uenationem ſuam, ideſt, hoc quod uenatur non aſſequetur ut uſu capiat & conſignet tanq̃ res ſuas, Ita iuſticia carnis non aſſequitur iuſticiam quam quærit, ut* Roma. *nono inquit. Iſrael ſectando iuſticiam, in legem iuſticiæ non peruenit.*

Iuſticia carnis

Iuſticia ſpiritus.

Memor in corde &c. Et ſermone bono lætificabitur.

Sententia hæc deſcribit uim Verbi, parit læticiã in corde, tametſi tribuletur.

Finis Capitis Duodecimi.

CAPVT XIII.

De frũctu oris ſui &c.

SVPRA DIXIT, PER præuaricationẽ labiorũ capitur malus. Et ĩfra, Os ſtulti cõtritio eius. Eſt ſententia, impios ſuo ipſorũ ſermone cõfundi, ſicut in Pharaone uidemus, cum negat ſe ſcire quis ſit Deus hebræorũ, ideoq; Matth. xij. ait Chriſtus, Ex uerbis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condẽnaberis. Ecõtra Pij ſuo ſermone & iuuãt alios & benedicũt, & uiciſſim ipſis à Domino benedicitur, hoc eſt qđ ait, De fructu oris accipiet bona homo. Superbi uero contumelioſi ſunt, quare uiciſſim confundũtur diuinitus. Primũ Verbo Dei ad contentiones excitandas abutuntur. Deinde quia nulla in re cædunt alijs, ideo ubiq; furũt maledicunt, calumniantur aliena, ſua iuſtificant, qualis eſt Geſabel tertio Regum nono.

Impij ſuo ſe ſermone produnt.

Filium ſapientem erudit pater &c. hæc ſententia docet, qui admittant & audiant Verbum.

Auditores Verbum.

Verbum non audiunt, niſi ſapientes, hoc eſt, qui ſint Theodidacti, ij qui diuinitus trahuntur.

Sermo

Sermo character animi eſt.

Naturaliter fit, ut negligatur quod aliorum eſt.

Tria ſunt linguæ uicia, Obſcænitas, blaſphemia, & Criminatio.

Spiritus eſt, qui regit os.

Illuſores uocat ſubſannatores, eos in quibus eſt cōtemptus pietatis ſeu Verbi Dei, huiuſmodi ſunt, quos nihil mouet Verbum Dei, ſed qui contemnūt, rident Verbum. Illuſores

Qui autem illuſor eſt &c. De eo filio loquitur, qui non regitur Verbo Dei, ſed comparat ſe ex ſuo iudicio.

Vult & non uult piger &c. ideſt, Non facit officiū ſuum ſtrennue, uidetur agere & non agit.

Verbū mendax iūſtus deteſtabitur.

Ideſt, Nemini conuicium facit, Iuſtus prædicat Verbum Dei non mendacia. Impius autem putre facit & confundit. Sic hebræi hoc uerbo putreſcere, pro mala fama eſſe utuntur, Sic feciſti me fœtere. Item bonus odor CHRISTI ſumus, ſic dicimus Impijs ſordent bonæ literæ. Putrefacit, id eſt, conuitiū facit & criminatur alios, hic eſt fructus impiorum ut maledicant. Putreſcere

Iuſticia cuſtodit incorruptā uiam Impietas uero peccatorem excæcat.

Iuſticia

Iuſticia, ideſt ſanitas, fides cordis, facit ut in conuerſatione nihil fiat ſine fide. Impij ſæpe faciūt quod caro non poteſt reprehendere tametſi remordeat eorum conſcientiam. Vide igitur quæ ſit hæc ſanitas, ſi intellexiſſent uere iuſticiam, non erexiſſent ordines & ſectas. Excæcat, ideſt, ad ea ducit quæ ne uidet ipſe aduerſari uoluntati Dei.

Eſt diues & tamen nihil habet.

Vbi Dominus benedicit, ibi egeſtas

Sæpe opulentos uideas egere ac debere, ubi deſierit Dominus benedicere. Rurſus benedictione Domini fit, ut ſufficiant etiā modicæ facultates quotidianis ſumptibus. Sic Eccleſiaſtes capite octauo inquit. Quanto plus laborauerit, tanto minus inueniet. Et nono, Nec fortium bellū, nec ſapientū panem eſſe. Porrò ſicut benedictio Domini fortunat corporalia ita & ſpiritualia, iuſticia, opera, officia eorū quibus Dominus benedicit fortunātur.

Redemptio animæ uiri diuitiæ ſuæ.

Ideſt, ubi theſaurus tuus, ibi & cor tuum, opulenti fidunt

lenti fidunt quia habent: pauperes metuunt, quom non habeant, utrinq; peccatur, nam tantum fidendum & metuendum eſt Deo, *non fidendũ ulla creatura, nec metuendum item ob creaturam.*

Lux iuſtorum lætificat.

Lux, ideſt, gloria Pſalmo, trigeſimo ſexto, De*ducet quaſi lumen iuſticiam tuam.* Impij *quia ad magna contendunt, opes, potentiam, ideo ſplendeſcunt & clareſcunt, hæc eſt lux eorũ, phariſaica iuſticia eſt ſpecioſa, item humana ſapientia magni fit.* Iuſticia *autem ſpiritus uerſatur in cruce, eſt pauper populus & egenus in terra inquit* Propheta. Nam *uiliſſimi homines ſæpe ſanctificantur,* Do*minus autem reuelabit aliquando eorum lucẽ.* Ille *bonus* Vir IOHANNES HVSZ *toto cõſenſu* Con*ſtantiæ combuſtus eſt tanq̃ nocens, nũc quom* Verbum *prodit, confitentur etiam inimici eũ inſontem paſſum, ſic ſolet* Deus *glorificare ſuos.* **Iohannes Huſs.**

Lucerna, *ideſt, gloria impiorum, ideſt,* Pha*riſeorum, non permanebit, ſupra cap. duodecimo* Viros *cogitationum uocauit, qui prudentes ſunt ſapientia humana, hi ſunt contentioſi, qui ducuntur humana ſapientia, nam eſt regnũ* Satanæ, *ideo nõ*

cohærent quæcunq; inſtituunt.

Superbi ſunt contentioſi

Inter ſuperbos ſemper iurgia ſũnt.

Superbi ſunt quos ſupra uiros cogitationum uocat. Et quia dona Dei inflant, ſicut eſt in trigeſimo ſecundo capite Deute. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit &c. Superbiam comitatur contemptus aliorum, ut ſupra capite undecimo inquit: Quom uenit ſuperbia uenit & contemptus. Inde fit ut præcipites ruant, contentiones & ſeditiones & bella excitent, itaq; Paulus uetat Neophytum præfici Eccleſiæ, ne inflatus ruat &c.

Conſulti

Monet itaq; hic quales ſunt ſuperbi, ſcilicet contentioſi, ideſt, regnum mundi eſt regnum confuſionis. Conſulti ſunt qui reguntur Verbo, ut omnia fide faciant, quemadmodum ſupra dixit, Iuſtitia ſeruabit incorruptam uiam.

Subſtantia a uanitate minuetur, manu collecta augeſcet.

Vanitas

Ideſt, Male partum, male diſperit. Vanitates ſunt omnia inſtituta mercatorum, quibus pecunias nituntur ab hominibus corradere, Caro ſimulat iuſticiam & alia, ſed uanitas eſt, nõ perſiſtit ueniẽte Verbo

Verbo. Qui aũt uocatiõe diuina colligit, permanet.

Spes quæ differtur adfligit animam

Deſcribitur generaliter ſpei natura ſiue carnalis ſit ſiue ſpiritualis, ſed adumbratur natura crucis, nam ibi uere angitur anima dilata redemptione. Spei natura

Mundus res præſentes, uitã, opes, honores pol licetur, quæ relinquenda ſunt. Interea dum relinquimus nihil eſt quod adflictos conſoletur præter Verbũ, ſic ait Apoſtolus, Spe ſalui facti ſumus. Et ſatis adparet Solomonẽ hoc agere, ut confirmet imbecilles, Sicut & Pſal. xxxij. Ecce oculi Domini ſuper metuẽtes eũ, et in ijs qui ſperant ſuper miſericordiã eius. Ideoq; & hic ſubiecit, Lignum uitæ deſyderium ueniens Nam carnalia ubi conſecuti ſumus, faſtiduntur. Non eſt enim pax impijs.

Qui detrahit alicui regi &c.

Ideſt, Qui contemnit Verbum, male mulctabitur: qui uero mandatum timet, pace fruetur, ſcilicet nihil eo ſcandalo cõmotus, quod impij hac uita bene habeant.

Mundo pietas tenebræ ſunt, nam nihil pietatis cernit, ideo contemnit.

Inſtitutio ſapientis fons uitæ.

Laquei mortis ſunt inſidiæ Satanæ, quas per ſe caro non cauet, Immo obtemperat caro Satanæ mundi Principi, ſic CHRISTVS *Ioannis octauo inquit: Deſyderia patris ueſtri uultis facere, qua re docet ſapientis inſtitutionem, ideſt, prædicatio nem Verbi, quo cor armetur aduerſus Satanam ſicut & Epheſios ſexto inquit: Præparati Euangelio pacis.*

Doctrina bona dabit gratiam.

Fideles ſemper alacres eſſe.

Prudentia bona dat gratiam, uia uere contemnentium dura eſt. Verbum ſequitur pax gaudium alacritas. Dura eſt, tametſi ſecundum carnem beatiſſime uiuere & regnare uideantur, tamen duriſſime uiuunt, id quod non uolunt prodere, ſed teſtatur conſcientia eorum, Nõ eſt enim pax impijs nam quom Dominus ceperit iudicare, tum confundentur, hanc ruinam metuit caro, Qui Verbum ſequuntur, illi bene habebunt, horum cor erit gratioſum, pacatum, reſq; ſuccedent.

Aſtutus omnia agit cũ conſilio.

Impij, quia ſine fide ſuſcipiunt genera uitæ, & res alias

res alias, ideo infœliciter ſuccedunt omnia. Videmus quomodo ceſſerit celibatus, ſic & regnum adfectauit Abſolon, & Iſrael temere dimicauit cum Amalechitis, Numeri decimo quarto. Pij ea ſuſcipiunt quæ cogit Verbum, & ſentiunt ſe diuina uoluntate cogi, ideo confidunt Deo, fitq; ut ſuccedāt quæ inſtituunt.

Nuncius impii cadet in malūm.

Ille qui prædicat Verbum uiciatum humanis opinionibus, is te perdet. Nam ſunt qui gaudeant alios ſeducere. Nuncij igitur ſunt prædicatores uel conſulti. *Nuncij*

Legatus fidelis, ideſt, uerax Verbi prædicator. Impia prædicatio perdit. Pia ſaluat.

Qui acqueſcit, ideſt, qui audit increpationem ideſt, qui mortificat ſenſum carnis, glorificabitur.

Voluptas p̃ſens delectat animam

Hæc Gnome clariſſime deſcribit impietatem carnis, caro enim capta rebus præſentibus contemnit ſpiritualia, ſicut Pſal. CXLIII. ait, Beatū dixerūt populum cui hæc ſunt &c. Rurſus etiam rebus aduerſis ita deſperant impij, ut nullum ſui reſpectum *Impietas carnis.*

ſtatuant eſſe apud Deum, quemadmodum Ezechielis ſeptimo dicunt, Non uidet nos Dominus. Eſt itaq; Gnomes huius ſententia, carnē præſentia tantum capere, deſyderare & intelligere. Sequitur itaq; ut contemnant eos, qui nolunt rebus præſentibus frui, uitam & res Chriſto reſignant. Et ſcite dicit abominari eos declinantē à malo quia Pij ſunt mundi peripſema.

Qui cum ſapientibus gradiť &c.

Sententia eſt, Corrumpūt bonos mores colloquia praua. Ex Moſe dictum, ut populus habeat legē ob oculos, & acuant legem filijs, ne quam rubiginem contrahat.

Peccatores perſequitur malum.

Scandalum crucis

Confirmat iterum pios, ne moueātur ſcandalo quod uideant impios bene habere, ideo tum reſiliunt à cruce, ut, filios Iſrael tedebat laboris in deſerto, non ſupererat uictus, furebat aduerſus Dominum, imputant Moiſi quod erat Domini opus, reſiliunt à Dei Verbo propter crucem.

Bonus relinqt hæredes filios &c.

Eodem

Eodem pertinet ſententia. Boni permanebunt impij autem peribunt. Facit miſericordiam diligentibus, & iudicium odientes ſe.

Et cuſtoditur &c.

Ideſt, regnum traditur iuſtis, ut, transfertur à Saule ad Dauidem.

Multi cibi in ſulcis pauperum.

Teſtatur & hæc ſententia, benedictione Domini res contingere, benedici uero laborantibus iuxta uocationem ſuam, quemadmodum & ſupra ait: Qui operatur terram ſuam ſatur erit. Benedictio Domini facit diuites

Sulci laborem ſignificant, quo colitur proprius ager: ita fit in rebus ſpiritualibus, Dominus benedicit laborantibus iuxta uocationem ſuam, Sanctis dum crucifiguntur &c. Sulci

Quod ſequitur, quidam ſic exponunt. Et pauperes diteſcunt ſine iudicio, id eſt, ſine litibus, neminem opprimunt, utuntur bona conſcientia parto. Alij malunt hanc ſententiam eſſe, ſcilicet, qui nō laborāt & diteſcunt tamē ſine iudicio .i. iniuſte quemadmodum & ſupra capite XII. uocabulo iudicij utebatur. Cogitatiōes iuſtorū iudicia .i. iuſtæ.

Fuſte coher cendos eſſe carnales

Qui parcit uirgæ odit filiũ ſuum

Sicut Apoſtolus exigit lege coherceri carnales prima Timothei primo. Idem hic Solomon monet, ut Magiſtratus & parentes cohercéant impios, ſicut & infra præcipitur uigeſimo ſexto. Flagellũ equo & aſino capiſtrum, Virga in dorſo ſtultorum Et Eccleſiaſtici trigeſimo tertio, Aſino uirgam pabu lum & onus.

Iuſtus comedit &c.

Benedicit Deus pijs ut res ſuccedant, & ſatis eis ſit ne pereant. Impij autem egent, ideo neq; res neq; conſilia eorum ſuccedunt eis, uerum omnia retrolabuntur.

Capitis Finis Tredecimi.

CAPVT XIIII.

Sapiens

Sapiens mulier ædificat domum ſuam.

Encomion & officium mulieris

SIMVL HIC ENCO*mion & officium mulieris deſcribit. Nam uulgo male audit mulier tanq̃ nullus ſit eius nec domi nec foris uſus. Hic monet benedici domui, propter ſapientem mulierẽ, qualis* Abigai *fuit, primo* Regum *uigeſimo quinto. Porrò officium eſt, ut ſit cuſtos familiæ, quemadmodum ad* Titum *ſecundo ſcripſit* Paulus.

Ratio *non tribuit hæc ſexui quod hic ſcriptura,* Nam *ipſum damnat, ſpiritus autem commendat.* Non *imputat ergo hic* Solomon *generi huic, quod ratio, ſed idem uitiũ imputat, quod & uiris, ſi fuerint impiæ, nam illis æquãtur per impietatẽ cordis.*

Ambulans recto itinere timet deũ.

Timor Domini, ductor itineris.

Sicut ſupra dixit iuſtitia ſeruari incorruptam uitam, ita hic timore Dei *effici, docet, ut recto iti-*

nere ingrediamur. Timor enim facit ut nihil eliga mus, quæramus, aut cupiamus quod uolūtati Dei improbetur, ſed reſignat ſe rebus aduerſis & pro ſperis uoluntati & iudicio Dei. Contra qui uacāt timore aliàs, per deſperationem turpitudini ſe dedunt, aliàs iuſtitias carnis inſtituunt, quibus pacem ſibi comparent.

In ore ſtulti uirga ſuperbiæ.

Magnifica Verba impiorum.

Caro magna & iactat & minatur, Sicut ſupra dixit capite duodecimo, de Viris cogitationum. 5. c. 12.

Vides ſuperbiſſimas minas Aſſyrij regis Eſaiæ trigeſimo ſeptimo, Non te decipiat Deus tuus quo confidis &c. Esa. 37.

PAPA

Sic impij doctores à ſe excogitatis operibus pollicentur ſalutem. Papa multorū conſcientias ſuis maledictionibus adegit ad deſperationem, multorum impiam ſecuritatem confirmauit ſuis indulgentijs. Impij uitam pollicentur ſuis, hos prædiant. Contra pijs minantur mortem, contemnunt. Aduerſus hæc oportet munitos eſſe pios cognitione Dei ſeu Verbo, ſicut ille ait Pſal. CXVIII. Ps. 118.

Sederunt Principes et aduerſum me loquebātur, ſeruus aūt tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

Labia ſapientium cuſtodiūnt eos.

Id eſt, nihil Pij tale minātur aut iactāt, ſunt ar

mati aduerſus

mati aduerſus illam uirgā ſuperbiæ, non confundū tur, quia ſunt firmati in Deo.

Vbi non ſunt boues.

Sic hebræus textus habet, Multi uero prouētus ampli ſunt, boū robore .i. florent oīa labore. Sententia eſt, Multi cibi in domibus ſedulorum, id eſt, laborantiū fide. Boues ſignificant Doctores, floret Eccleſia ſi adſint doctores. Rurſus, actum eſt de Eccleſia quom deſunt Doctores, ut Dominus in Euangelio, Rogate Dominum ut mittat operarios in meſſem. Sic enim & Apoſtolus ſæpe prædicat officium prædicationis, Et Moſes. Labore oīa florere. Boues

Teſtis fidelis non mentietur.

Hæc ſententia ad doctrinā & ad cōfeſſionē Verbi pertinet. Neq; enim fieri poteſt, ut pure doceat impius, Sicut Hiere. XXIII. queritur Dominus furari pſeudoprophetas Verbū .i. praua interpretatione ad ſuā ſententiā accōmodare. Et Apoſtolus .i. Tim .i. inquit eos nec qđ loquantur nec quid adfirmēt ſcire. Pronūciat itaq; Solomon teſtem ueracem .i. Theodidacton nō mentiri, non uiciare Verbū. Deinde nec cōfitetur niſi q diuinitus animatur, qa mūdus nō pōt teſtimoniū impartiri uerbo, ſicut dominus inqt Ioan. vij. Me aūt odit mūdus. Confeſſio Verbi Viciare

Quærit deriſor ſapientiã & non inueniet.

Subſannatores.

Subſannatores ſunt quos & primo Pſalmo ſic uocat, In cathedra ſubſannatorum non ſedit. Et ſupra capite nono. Qui ſubſannatorem caſtigat contumelia adficietur. Sunt autem ij quibus Verbum Dei ſtulticia eſt. Et qui præ hypocriſi & rationibus humanis iuſtitiam & ſapientiam Dei contemnunt. Et uides de quo genere hominũ loquatur, cũ inquit: Quærere eos ſapientiam, Certe de hypocritis loquitur, qui humana induſtria ſapientiã aut iuſtitiam quærũt. Proinde & hanc ſententiam oppones Libero Arbitrio.

Scientia intelligẽti facilis eſt, ideſt, plana, aperta, nam & Verbum ſimplex eſt, & quia diuinitus docetur, ideo clare intelligitur, Prima Iohannis ſecũdo, Nõ neceſſe habetis ut aliquis doceat uos ſed ſicut unctio docebit uos, & uerum eſt, & non eſt mendacium, id eſt, uere docet.

Vade cõtra uirum ſtultũ & neſcis.

Ideſt, ſi incederis in ſtultum nihil reperies ſani loquentem. Vetat conſuetudinem agitare cum impijs homi-

pijs hominibus, quia eorum conſuetudine fit, ut ſæpe Pij contaminentur, inexercitatis imponunt ſermones impiorum, deflectunt eos à pietate ad impietatem, ut uidemus humanas prædicationes omnibus impoſuiſſe, ut Thomæ dictum de uoto, ſi quis ſe addixiſſet ordini, purum fieri, ut è Baptiſmo. Per hoc multi ſeducti ſunt.

Impiū ſacri Thomæ dictum

Si incideris in tales, non noſces, id eſt, non inuenies labia ſapientiæ. Hi autem corrigi nequeūt, etiam ſi plores non lugebunt, nec ſaltabunt ſi canes Vel. Nihil audies ſani loquentem, ſermo totus erit impius. Alij loquuntur de auaritia, alij de uoluptatibus, alij palàm blaſphemi ſunt, ſi in hos incideris caue, nam ſuis adfectibus ſic aguntur, ut neque ant frenari quin loquantur.

Sapientia callidi eſt, intelligere uiam ſuam.

Pietas.

Hoc intereſt inter pietatem & humanam prudentiam. Ratio uitam inſtituit, ut hominū iudicio reſpondeat, & cauet ne quid homines improbent. Pietas uoluntatem Dei ſpectat, neq; quicq̃ ſine Verbo aut fide aggreditur ac ſuſcipit: hæc ſapiētia eſt, animaduertere uiam, nihil audere ſine fide. Ideo

Humana prudentia.

orat Dauid, Deduc me in iuſtitiam tuam, id eſt, præi mihi. Econtra impius perrumpit ſiue id probet, ſiue improbet Deus. Subijcit itaq;, Stultitia ſtuorum eſt fruſtratio ſeu error, neſcit enim hypocriſis an ipſa probetur Deo, & conſilia impiorum non ſuccedunt, quemadmodũ uidemus perijſſe Saulem, Achab, & reliquos.

Stultus ſubſannat peccatum, & recti placebunt.

Quia timore Dei uacat caro, ridet iudiciũ illius, quemadmodũ dicunt Eſaiæ uigeſimo octauo, Pepigimus fœdus cummorte, & huiuſmodi ſunt carnales pœnitentiæ, quom fingit caro diſplicere ſibi peccatum, & nihilominus eadẽ uia graſſari pergit, ſicut Saul fatetur ſe peccare, & pergit tamẽ. Econtra recti placent, hoc eſt qui ſine hypocriſi tribuũt Deo uere laudem iuſtitiæ & miſericordiæ, confitentur eum iuſte damnare, quemadmodũ Daniel ait. Omnia uero iudicio feciſti, & ſentiunt tamen fide remittere peccatũ, hæc uera pœnitẽtia eſt. Cõueniunt aũt uerſculus cũ Pſalmo, Sacrificiũ Deo ſpiritus cõtribulatus, ſicut enim illic ſacrificiũ eſſe dicit cor contritũ: ita hic rectos dicit placere, id eſt, cor

tale quod

tale q͞d nō ſubſannat peccatū, ſed uere cōfunditur.

Cor q͞d nouit amaritudinē aīæ ſuæ

Id eſt, nulla res eſt externa quæ cōſoletur eos, q̄ in cruce degūt, gaudentq; illi, tametſi præter adfli ctionē nihil appareat foris, nec cōtingit cōſolatio niſi, ijs quibus caro moritur. Vides q̄ late pateat breuiſſima Gnome. Primū conſolationē nō contin gere, niſi mortificetur ſenſus carnis docet Eſa. *lxvi. Ad quē reſpiciā, niſi ad pauperculū. Et* Oſeæ *vij. Super triticum & uinū ruminabunt & receſſerunt à me.* *Deinde gaudere ſanctos, tametſi aduerſe tur mundus, & foris præter triſtia nihil adpareat iubet* Chriſtus *cū inquit: Beati qui lugēt &c. Po ſtremo nihil eſſe carnale unde conſolationē capiant docent exempla* Pſal *xxi. Omnes uidētes me deriſe rūt me &c. Hic eſt in ſumma* Chriſtianæ *uitæ ſta tus, oſtēdi peccatū, et ſentire conſolationē per fidē & tolerare manū* Dei, *quocunq; ille te mundo ob iecerit cruciandū, ſentireq; id* Dei *cōſilio & bona uoluntate fieri. Sicut* Threnorum. *iij. inquit* Pro pheta, *Quis eſt qui dixit fieri* Domino *nō iubēte? Succenſet ijs* Propheta *qui dicunt ſecundū rationē oīa fieri aut ſuccedere fortuna, non geri à* Deo.

Sancti etiā in media morte gaudent

Amaritudinem, id eſt, mortificationẽ ſuam. In gaudio, id eſt, conſolationem accipiet à carne: alludit ad illam ſentẽtiam, Condiri dulcia amaris. Poſt tempeſtatem ſerenitas, quæ gratior eſt poſt pluuiam, Sic cordi mortificato, dulcis eſt conſolatio.

Domus impiorum delebitur &c.

Caro dicit, uideo malos bene habere, & contra bonos male, quid faciam, quur me in apertum diſcrimen conijcere debeam, maneam igitur cũ illis. Non eſt timẽdum periculum, exemplũ eſto Dauid.

Eſt uia quæ uidetur homini recta.

Scilicet cuiuſmodi ſunt omnia conſilia carnalia, quæ in ſpeciem honeſta uidentur.

Nouiſſima eius ducũt ad mortẽ.

Id eſt, hypocriſis non poteſt ſe iudicare.

Riſus dolore miſcebitur.

In hebræo, Etiã in riſu dolor, & Extrema gaudij luctus occupat. Sic ſumus adfecti, ut uiuamus cum dignitate & tranquillitate, quom tamen fieri nequeat, Nõ eſt enim pax impijs, id eſt, ne in ijs quidem

quidẽ rebus pacẽ inueñũt, ubi quæſierunt, Sicut iuſtitia carnis non inuenit in operibus ſuis pacem. Iulius non inuenit pacem in regno ſuo, Nec Monachi in ſuis ordinibus.

Extrema.

Ideſt, tandem reuelatur & apparet eos ædificaſſe ſuper harenam.

Et conculcabit eum uir bonus,

Boni conculcant obſcena & immunda. In Euangelio, Eijcietur foras, ideſt, qui carnalia docet, ſapit, de carne & metet. Vel, tametſi Pij uideantur opprimi & conculcari à mundo, tamen aliter iudicabit Dominus.

Innocens credit omni uerbo.

Hebræi, Rudis credit omni Verbo, ideſt, qui nõ eſt exercitatus, fallitur doctrina carnali, quæ in ſpeciem probabilis eſt. *Rudes rerũ ſpiritualium.*

Aſtutus, ideſt, qui exercitatus eſt tentationibus, nihil agit aut cogitat, nihil molitur, quod non cogat auctoritas diuina.

Sapiens timet, & declinat a malo.

Id eſt, auet inſidias Satanæ, eſt armatus Verbo aduerſus eum. Stultus .i. excæcatus pergit fiducia brachij carnis, & contemnit iudiciũ Dei. Nam illi pulchrũ uidetur uiuere in uoluptatib. ideo pergit.

Stultitia .i. impium & temerarium factum

Impatiens operabitur ſtultitiam.

Gloria Dei eſt uindicare, quemadmodũ inquit, Mihi uindictam. Hanc debemus Deo cedere, ſicut iuſtitiæ & ſapientiæ laudem. Proinde & hæc parænesis crucem docet, ut ſuſtineamus furorẽ mundi, & iræ locum demus. Damnat itaq; Solomon uindicantem. Damnat & uerſutum, hoc eſt, uel eum qui alterius rebus inſidiatur, uel qui diſſimulat iram, tametſi decreuerit per oportunitatẽ uindicare &c. Breuiter poſtulat Solomon, ut prorſus omnem acerbitatem ex animo extirpemus, hoc fit quando fide ſentitur iudicio & uoluntate Dei fieri quur patiamur: quando non creaturæ opus, ſed uoluntatem Dei ſpectamus, tum fit ut toleretur crux, ut credatur Deo uindicta &c.

Vindictã prohibitam eſſe.

Contra qui crucem non tolerãtur, nõ hominibus tantum ſuccenſent, ſed ſtomachantur etiam aduerſus uolũtatem Dei, Sicut Iſrahelitæ Exodi decimo ſeptimo, Eſt ne Dominus in nobis an non?

Vir

Vir uerſutus odioſus eſt.

Odioſus eſt is qui tametſi nō uindicet, tamē irā non exuit ex animo, qui nihilominus odit.

Poſſidebunt paruuli ſtultitiam.

Hebræus ſic habet, Rudes hæreditabunt ſtultitiam, & callidi coronabuntur ſcientia, id eſt, rudes facile decipiuntur ſiue impia doctrina ſiue alijs technis Satanæ. Callidi, id eſt, armati Verbo, & exercitati tentationibus, coronabuntur, id eſt, armantur, & proteguntur ſcientia.

Iacebunt mali ante bonos, & impii ante portas iuſtorum.

Id eſt, Iuſti dominabuntur impijs. Vel. Iuſti iudicabunt eos. Quando in ſcripturis fit mentio portarum intelligitr iudicium & regnum, quomquondam ſolebant ſedere in portis & ante portas, iudicaturi de rebus. Portæ

Etiam proximo ſuo &c.

Hæc eſt humana & uolgaris ſententia. Vulgus amicitias utilitate probat.

Qui deſpicit proximum &c.

Mandatũ eſt, ut diligas proximũ, Eſaiæ quinquageſimo octauo, Frange eſurienti panem, qui timet Deum, etiam iuuat proximum.

Errant qui operant malum.

Ideſt, qui machinantur, uel arte quadã ſtruũt, qui humanis conſilijs uitam inſtituunt aut tuentur, iſti omnes errant.

Miſericordia & ueritas machinantibus bona.

Veritas, ideſt, fidelitas Dei, ſcilicet quia promiſit ſe adfuturum reſpicientibus ſe. Item, Eſcam dedit Dominus requirentibus eum.

In omni opere bono erit abundãtia.

Opes credentium.

Ideſt, pietas & laborat & abundat, iuſtitiam ſapientiã & omnia habet, tametſi nihil prædicet, quod glorioſum mundo uideatur. Contra prudentia & iuſtitia humana, multa prædicant & pollicentur, ita ut res ipſa mendacij coarguat.

Corona ſapientiũ, diuitiæ eorũ ſunt

Diuitiæ

Diuitiæ honori ſunt ſapientibus, id eſt, ijs qui pie utũtur. Fatui uero & opulẽtia & paupertate male utuntur. Stultus eſt qui nihil aliud habet præter lumen rationis, & qui uacat timore Dei.

Omnia ſtultorum ſunt ſtulticia.

Liberat animas teſtis fidelis.

Teſtis

Scilicet tũ in iudicio qui teſtificatur & qui cauſſam agit, Tum in Eccleſia is qui Verbum prædicat.

Verus teſtis uere teſtificatur, & iudici exponit rem. Falſus non facit. Sic qui Euangelium ſimpliciter & pure docet, erigit & ſeruat conſcientias, qui impure, peruertit conſcientias.

In timore domini fiducia.

Timor Domini.

Timor Domini eſt fiducia quæ confirmat. Timor enim et fides poſſunt omnia. Et filijs eius, ſcilicet Domini, timentibus Dominum, hoc eſt, placet Domino quicquid faciunt fideles.

Timor domini fons uitæ.

Id eſt, timor Domini uiuificat à ruina mortis id eſt, à laqueis mortis, id eſt, Timor Domini cautos facit, ut caueantur inſidiæ Satanæ, Verbum Domini eſt uita.

In mſtitudine populi dignitas regis

Id eſt, In conſenſu populi uel concordia populi floret regnum, quando auctoritate ſua in officio retinet ſubditos, atq; adeo illi concordes obtemperant. Rurſus ui regi imperia non poſſunt, nam uiolentia odium parit, odium diſſenſiones, diſcordia autem dilabuntur regna. Sic in Eccleſia charitas uinculum eſt perfectionis, ubi firmiores cedũt imbecillioribus, & rurſus imbecilles firmioribus.

Concordia paruæ res creſcunt

Sic ergo per charitatem oportet regere Epiſcopum Eccleſias, ut uides in ſecunda Epiſt. ad Corinthios, Laborat ibi Paulus ut eos conſoletur, quos prius acrius in priore Epiſtola tractarat.

Qui patiens eſt multa intelligit impatiens aũt exaltat ſtultitiã ſuam, id eſt, palam facit eam.

Sententia eſt, uolũtas Dei cognoſcitur per patientiam, quom expectatur ab ipſo auxilium.

Tolerare manum Domini

Voluntas Dei non poteſt cognoſci, niſi mortificato ſenſu carnis. Filij Iſrael quom ex ægypto irẽt & ſigna uiderent, ſe diuina ope eductos, tamen quom egerent in deſerto, tum murmurabant contra Deum,

tra Deum*, non credebant adeſſe* Deum*.* Moſes *autem ſciebat adeſſe* Dominum*, & ſeruari eos, etiã ſi omnes creaturæ eſſent perituræ.*

Impatiens exaltat ſtultitiam ſuam, id eſt, impie prorumpit ad uindictam, aut ab hominibus opem implorat, ut in Eſaia*.* Ille *contemnit* Verbũ Domi ni*, & mittit ad* Aſſyrios *pro auxilio, contra uoluntatem* Dei*, non ſuſtinet manum* Dei*.*

Putredo oſſium, inuídia.

Id *eſt, æmulatio.* Eſt *autem æmulatio, inuidere alteri melius donũ.* Putredo *oſſium inuidia ſcilicet qua iudicio* Dei *etiam ſuccenſent impij, qui alios uoluerit eſſe auctiores, hæc eſt radix unde oriuntur omnia peccata contra charitatem, dolet nobis, quod iſtum præfert nobis* Deus*.* AEmulatio

Qui calumniatur egẽtem exprobrat factori eius.

Id *eſt, qui pauperem fecit, qui redegit ad inopiam,* Opus Dei *eſt, ditare aliquos & alios redigere ad inopiam.*

Qui *abuſus fuerit paupere, mihi fecit, dicit* Dominus*.*

Calumniari

Calumniari ſignificat fraude aliqua circumuenire alterum.

Honorat autem eum &c.

In Euangelio dicit Chriſtus, quod feceritis mini mo ex meis, hoc mihi feciſtis.

Suo ſe cõſilio confundunt impij.

In malitia ſua repelletũr impius.

Id eſt, euertetur, hoc eſt, incidet in foueam, quam fecit. Vel ſuo ſe gladio iugulabit. Sua malicia ei erit exitio. Sic fit in omni conſilio impiorũ, putant rem habituram melius, ſi ſic faciant, quom tamen neſciant quod contra ſe agant.

Sperat iuſtus in morte ſua.

Id eſt, tametſi mundus occidat, tametſi ſit mundi peripſema, tamen ſperat ſe etiam poſt hanc uitã glorificandum eſſe.

In corde intelligentis &c.

Intelligentẽ uocat qui animaduertit facta & Verbum Dei, id eſt, ſapientia abeſt à contemptoribus Verbi.

Et indoctos q̃uoſq; erudiet.

Hebræus

Hebræus ſic. Et inter ſtultos cognoſcetur, id eſt diſſimilis erit mũdo. Dominus perhibebit teſtimonium, glorificabit eum, licet mundus eum deijciat et damnet.

Iuſtitia eleuat gentem.

Id eſt, Reſpublicæ ſeruantur non aſtutia aut ui, ſed iuſtitia.

Acceptus eſt regi miniſter prudens.

Prudens eſt qui cautus eſt in omnibus rebus gerendis. Sic Dauid adminiſtrabat res omnes ſibi commiſſas & adminiſtrandis. Prudens.

Inutilis.

Id eſt, turpis, id eſt, is qui huiuſmodi cõmittit quorum merito pudeat. Turpis eſt, qui cõmittit pudẽda. Vel is qui uacat timore, & temere omnia audet, hunc perdet Dominus, ſic confer Epiſcopum bonum & malum.

Finis Capitis De
cimiquarti.

CAPVT XV.

Reſponſio mollis frangit iram.

Placandos eſſe iratos

EST ET HOC OFFICIum *charitatis, ut cedas, & places iratos, modo ne periclitetur doctrina. Sicut Gedeon ceſſit Ephraimitis Iudicũ octauo, quanq̃ improbe expoſtulantibus ſecum. Eſtq; propoſitum manſuetudinis exemplum gerẽtibus Reſpublicas. Contra fraudi fuit Roboam quod irritauit Iſraelitas.*

Sic ſolet uulgo dici, Qui dicit quæ uult, audiet quæ non uult.

Charitatis præceptum eſt, manſuetos eſſe.

Manſuetudo in ijs, qui gerunt Reſpublicas mire neceſſaria.

Manſuetudine placantur animi hominum.

Lingua ſapientum acceptam &c.

Verbo bene utuntur Pij, impij male utuntur. Lingua ſapientum non eſt ſcandalo Verbo, conſcientijs attẽperat ſe, conſolatur & erigit adflictas. Præfractas terret, non litigat.

Doctrina Liberi Arbitrij, eſt doctrina deſperationis in adflictis conſcientijs.

Os fatuorum ebullit ſtultitiam.

Id eſt, ne Verbum quidem impij niſi deprauatũ prædicant. Propterea non poſſunt non aberrare à uera & ſimplici ſententia.

In omni loco &c.

Id eſt, in omni ſtatu, tempore, ſecundis rebus & aduerſis.

Lignum uitæ eſt, ſalubris lingua.

Verbum uiuificat, bonum conſilium exhilarat, ſeruat &c.

Verbum eſt uita in credẽtibus.

Fallacia in ea.

Fallacia ſignificat abduci à uia, quod in ambages

quaſdam extra compendium abducet te.

Verbum uita eſt, fallax doctrina nō iudicatur
Sanctus Franciſcus *niſi ſpiritu. Videte ne quis per inanē philoſophiā ſeducat uos. Dicunt S. Franciſcum impetraſſe à Deo, ut ne quis in ordine ſuo perduret in peccato, ſic excutitur timor, & fides in Deum. Vbi hæc doctrina eſt, tum aut fidit ſua iuſtitia aut deſperat, & fit frons ænea. Hæc autem non iudicatur niſi ſpiritu, nam ſpiritus ſolus intelligit Verbum. Pulchrum uidetur carni ita cuncta ratione cōprehendi Item habere præſens, quo nitatur, non libenter in tenebras fidei ingreditur ut ſe relinquat, Pſalmo. CXVIII. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua.*

Stultus calumniatur eruditionē patris ſui.

Id eſt, impij non ferunt Verbū crucis, Nam eſt eis ſtultitia, ardet totus mundus contemptu Verbi.

Qui cuſtodit increpationes.

Id eſt, qui Verbo mortificatur, callidus erit, id eſt, intelliget uoluntatem Dei.

In domo iuſti multi theſauri, &

ipſi

ipſi prouentus impii obſunt.

Iuſtis uictum eſſe abunde

Dominus ſeruat & nutrit ſuos, nunq̃ dereliquit iuſtos. Non eſt abundantia ex poſſeſſionibus, id eſt, quantumuis multa habeas, ſi Dominus non benedicat, nihil ſunt. Omnia impiorum nihil ſunt & pereunt.

Labia ſapientum &c.

Cor ſtultorum non prædicabit ſcientiam, id eſt iuſtitiam & ſapientiam Dei non poteſt prædicare caro.

Victimæ impiorum abominabiles domino.

Cultus Dei

Scilicet quia fides eſt iuſtitia, ſicut Pſalmo quadrageſimo nono inquit. Non in ſacrificijs tuis arguam te &c. Immola Deo ſacrificium laudis.

Cultus externus non eſt cultus, ut cultus Cayn & Saulis, ſed uult ut audiamus uoci eius.

Qui increpatiões odit, morietur.

Id eſt, qui odit Verbum crucis, morietur.

Infernus & perditio corã domino.

Omnia Deũ ſpicere

Domino patent omnia, nec effugias eius manũ, iudicat & ſaluat ubiq;, ſicut Pſalmo CXXXVIII. *inquit. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcẽdero ad infernum ades. Eſt itaq; ſententia, quom cœlum & terra pateant Domino, & ubicunq; adeſt ut iudicet aut ſaluet, ideo ſiue exaltauerit te time ſiue humiliarit confide.*

Non amat peſtilens &c.

Rectius leges, Subſannator. Sunt hi ſubſannatores, qui præ ſapientia contemnunt Verbũ crucis, ut hodie dicunt de Euangelio, relinquamus id ocioſis, nihil ad nos. Graditur, ſcilicet fugiens crucem.

Fructus ſpiritus, gaudium.

Cor gaudens exhilarat faciem.

Hilaritas alacritatem parit, Itaq; & fructum ſpiritus gaudium eſſe ſcribit Paulus, quo alacres reddamur ad faciendam Domini uoluntatem, utut illa de nobis ſtatuerit. Et præcipit Philippenſibus ut gaudeant. Nam ubi non eſt gaudium cordis, ibi neceſſe eſt eſſe indignationem aduerſus uoluntatem Dei. Et ſicut ex fide pax & gaudium naſcitur, ita

tur, ita ex incredulitate indignatio illa oritur. Idq; eſt quod ait Colloſſ. tertio, Pax Chriſti ſemper dirigat corda ueſtra.

Et facies ſtúltorum paſcit ſtultitiam.

Id eſt, ſplendor rerum humanarum inuitat ſtultos ut omiſſa cruce illò properent, ambiantq; gloriam, opes, regna, uoluptates: neq; uero quicq̃ perinde fallit atq; carnalis iuſtitia, quæ quia in ſpeciem bene compoſita eſt, ſicut ſupra de Scorto ait, compoſita meretricio more, mundo grata eſt, probat idola mundi, nihil turbat &c.

Species rerũ externarum multos ſeducit.

Ita ſupra ait, capite primo, Illecebræ imperitorum occident eos.

Omnes dies adflicti, mali.

Id eſt, omnes horum iuſtitiæ omnia opera ſunt labor & dolor.

Melior eſt portio olus cũ amore

Non intelligo hanc GNOMEN *de beneficentia proprie, pluris fieri paruum munus*

Pij abſq; moleſtia parant poſſeſſiones

quod à charitate proficiſcitur, q̃ ingens quod maligne præſtatur. Verum hæc uidetur eſſe ſententia, quia pijs benedictiõe Domini & uictus eſt abunde & pax eſt. Ideo ſine moleſtia poſſident & parãt, nec ſpectant quantum poſſideant, ſed quæ ſit uoluntas Domini, ab hoc cernunt & confidunt ſe ali Sicut ſupra capite decimo inquit. Benedictio Domini diuites facit ſine moleſtia. Ecõtra impijs nihil ſatis eſt, & quom non ſucceſſerit quemadmodum uellent, iraſcuntur diuino iudicio, & omnis illorum labor adflictio eſt, quia uruntur & iudicantur ſua ipſorum conſcientia, ſicut et Eccleſiaſte decimo ſcriptum eſt, Labor ſtultorum adfliget eos.

Impiorum labor adflictio eſt.

Porrò hæc ſententia in uniuerſum accõmodari poteſt ad diſcernendam crucẽ à uita carnali &c.

Iter pigrorũ quaſi ſepes ſpinarũ.

Diſcrimen eſt uitæ crucis & impietatis abhorrentis à cruce, nam pigris, hoc eſt, fugẽtibus crucem, uita piorum odio eſt, quemadmodum ille ſcriba Matthæi octauo, priuſq̃ ſequutus Dominum certior reddi uult quorſum ſe conferat, & tanq̃ uiam Domini ſpinis impeditam eſſe ſentit. Econtra iuſtis uia crucis plana eſt, ſentientibus, quod dixit

Dominus

Dominus, iugū ſuum ſuaue eſſe & onus leue &c.

Filius ſapiens lætificat patrem.

Sapiens, id eſt, pius, quaſi ſic dicat, non is qui induſtrius eſt humano more, nō is qui rē facere no uit. Filij ſapientes ædificant Eccleſiam, ſtulti aūt deſtruunt mala doctrina. Ideo per matrem intellige uel doctrinam uel Eccleſiam. Sapientes in Verbo

Stultitia gaudium ſtulto.

Conuenit cum illa, Stultus ridet peccatū &c. Sapientia carnis neq; uoluntatem Dei neq; iudicium nouit, ideo uacat omni timore Dei. Hypocriſis non cernit ſua peccata, ſed fingit ſua ſibi pec cata, & ibi uiglat, ne in ea obſeruatione peccet & in ijs gaudet.

Et uir intelligens dirigit &c. Intelligens

Id eſt, obſeruans Verbum & uoluntatem Dei, iſte recta ingreditur, hoc eſt, qui fidit quibus eſt fidendum, & damnat ea quæ ſunt damnanda, & rectam opinionem de Deo habet.

Diſſipantur cogitationes, ubi non eſt conſilium.

Apoſtolus Colloſſenſium tertio expoſuit hæc, ſurſum ac deorſum, Si conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt quærite. *Surſum ac deorſum*

Itaq; Solomonis hæc eſt ſententia, Via quæ ſurſum eſt, eſt uitæ ſemita, eaq; prudentes facit, ut declinemus à morte, hoc eſt, ab omnibus quæ ſunt, ut Apoſtolus ait, ſuper terram.

Primum, uiam quæ ſurſum eſt uitæ ſemitã eſſe etiam Paulus docet, quom inquit, Prudentia ſpiritus eſt uita & pax, hoc eſt, quærere, cupere, flagrare deſyderio ſpirituali, noſſe Deum, eſt uita & pax.

Præterea hic ſenſus ſpiritualis prudentes facit, ut Apoſtolus docet prima Corinthiorum ſecundo, Nos ſenſum CHRISTI habemus, hic ſenſus oſtendit iuſtitias carnis prophanas eſſe, impia eſſe quæcunq; agitat mundus &c.

Abominatio domini cogitatiões & mundorum cauſſæ iucũdæ ſunt

Vna eſt hæc mundicies in Sanctis, ut pater eos ſanctificet.

Horum cauſſæ ſunt iucundæ, tametſi mundus abominetur.

Auaritia Conturbat domum ſuam, id eſt, labefacit qui ſectatur auaritiam.

Cura eſt prohibita, labor aũt eſt præceptus. Auari plerunq; non laborant, aut non reſpiciunt quomodo quærant, ideo quæſtus ipſe aut lucrum eſt eis ſcandalo

Cor iuſti meditatur reſponſionẽ, & os impiorũ ebullit praua.

Epitheſis eſt in Verbo meditatur, id eſt, Iuſti non loquuntur niſi interrogati, nec reſpondent niſi meditati, Sicut infra præcepit, Diſce ut poſſis reſpondere. Ebullit, id eſt, iudicat priuſq̃ debeat.

Serenus uultus Lumen oculorum &c.

Id eſt, alacritas uultus, ij enim quos pudet demittunt oculos, & triſtitiam in uultu ferunt: Sic in Pſalmo, Lumẽ oculorum non eſt mecum, id eſt illa uultus alacritas, id eſt, ego confundar.

Bona exiſtimatio exhilarat hominẽ.

Habenda eſt famæ, & honoris ratio, qui enim ſunt bonæ exiſtimationis, porrectiores & lætiores fronte ſunt.

Bona auditio

Bona auditio, eſt remiſſio peccati, qua exhilaratur cor. Auris &c. Id eſt, illi qui non ridēt Verbum crucis, erunt ſapientes.

Timor domini diſciplina ſapiētiæ.

Id eſt, docet ſapientiam, quaſi ſic dicat, Natura quærit Deum & comprehendere uult per ſapientiam, & colere ſtudet commētitijs operibus. Contra cognoſci non poteſt, niſi per ſtultitiam crucis. Quom eripit nobis ipſe ea, quibus fidebamus, & oſtendit uoluntatem ſuam, hic cor concipit timorem, & eruditur.

Humilitas præcedit gloriam

Id eſt, Gloria eſt cognoſcere Deū, id quod caro ignorat. Prius mortificari oportet ſenſum carnis. Caro hanc gloriam quærit, priuſq̄ humilietur, uerum non contingit, niſi humiliatis. *Crux præcedit uitam*

Finis Capitis Decimi Quinti.

CAPVT XVI.

Prædeſtinatio

ROPOSITAE SVNT initio huius capitis gnomæ quædā de prædeſtinatione. Nam quom hic libellus emēdet rationis iudicium, par erat, ut de prædeſtinatione aliquid moneret, quod eā ratio prorſus non cernat. Eſtq; ea radix humanæ impietatis, nō uidere incomprehenſibilem adminiſtrationem rerum, quod & condat, & gubernet omnia Deus. Itaq; ſentimus temere ferri res, nec curæ nos Deo eſſe. Sic in uniuerſū in ſingulis caro iudicat, tametſi præ ſe ferat aliud in ſpeciē hypocriſis. Habes quod ſit rationis iudicium, quæ ſententia de prædeſtinatione. Damnat hanc opinionem Verbum Dei, nam in illo reuelat ſe nobis pater. Et ſicut impietatis radix cæcitas eſt, per quā ſtat, quo minus adminiſtrationem Dei cernamus, ita pietatis eſt

tatis eſt ſumma, uidere uoluntatem Dei *in admini ſtratione rerum*. Propterea *multis locis huc nos uocat* Verbum. *Primum præceptum ſic ait*. Ego *ſum* Dominus Deus *tuus, id eſt, cui tu curæ es, cu tecum res eſt*. Idem *oratio dominica docet, quom patrem nominamus*. Porro *nouiſſe ſententiam ſcri pturæ de prædeſtinatione, non eſt uerba recen ſere, nam ea litera eſt, & cor impium ne ſentit id quidem, quod ſonant uerba, ſed cognitio eius ſen tentiæ eſt uere et corde ita ſentire quod* Deus *regat & reſpiciat omnia*. Et *quia ſic ſentis reijcere te in eum, timere horrēdum iudicium, quom ipſe excæ cat*, Sicut Eſaias XXXXXXIII. *inquit*, Adiu*raſti cor noſtrū ne timeremus te*. Rurſum *etiā qui ſentiunt oīa regi manu* Dei *credunt ſe* Deo, *& ſen tiunt ſe manu* Dei, *tanq̄ geſtari, quicquid accide rit ſiue læta ſiue triſtia, ſicut* Eſaiæ *quadrageſimo ſexto inquit* Dominus, Portamini *à meo utero, ge ſtamini à mea uulua. Sic prædeſtinationem* CHRI STVS *nobis inculcat* Matthæi *ſexto*. *Si fœnū agri* Deus *ſic ueſtit &c*. Et Matthæi *decimo*. Duo *paſ ſeres aſſe ueneūt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine uoluntate patris*. Huc *pertinēt & huius loci ſententiæ*.

Cor impium non intelligit ſententiā de prædeſti.

Homo parat cor, a domino aũt ſermo linguæ eſt.

Contra Lib. Arbitrium

Prima ſententia conſtat Antitheſi, Homo parat cor, à Domino autem ſermo linguæ eſt, id eſt, fit ita quidem ut paret ſe homo, deliberet homo, ſtatuat apud ſe, ſed id fruſtra fit. Nam Dominus linguam etiam, nõ opus tantum, gubernat. Ita prior ſententiæ pars ſignificat noſtra conſilia, noſtra propoſita uana eſſe, fieri autem quæ uelit Dominus, non quæ nos decernimus, quemadmodum inquit apud Prophetam. Omnis uoluntas mea fiet, & conſilium meum ſtabit. Eſt autem & hæc ſententia conſpurcata Sophiſtica interpretatione, ſic enim enarrarũt, hominis eſt præparare animam, id eſt homo habet Liberum Arbitrium ſui præparãdi & conuertendi ad bona. Sed uides q̃ nõ cohæreat hæc interpretatio. Nam ſi Liberũ Arbitrium habet uim conuertendi ſe ad bona, certe linguam etiã in poteſtate ſua habet. At negat hic uerſiculus uel ſermonem in poteſtate noſtra eſſe. Porrò de cogitationibus etiã poſtea dicet, Dominus agitat, ſpiritus excitat, impellit, & cætera.

Sophiſtæ

Omnes uiæ hominis mundæ

Sunt

ſunt coram ſe &c.

Prior ſententiæ pars deſcribit cæcitatem carnis noſtræ, quæ uoluntatem Dei *non uidet, & fingit ex ſe opera, quibus illum uult placare, omnia per infidelitatē ſuſcipit, etiā in cultu* Dei, *Sicut* Achas, Manaſſe *immolarunt liberos ſuos,* Dauid *numerauit populum: quod ſi ſatis eſt oculus carnis ad iuſtificationem, quur igitur bona intentio carnalis reprobatur?* *Cæcitas carnis noſtræ.*

Spirituum ponderator eſt dñs.

Secunda ſentētiæ pars monet, quod moderetur & iudicet ſpiritus noſtros Dominus, *hoc eſt, ipſe in poteſtate habet & impellit pro ſuo arbitrio, quē admodum de cœlo ſcriptum eſt apud* Eſaiam *quadrageſimo capite,* Cœlos *palmo ponderauit. Eſt itaq; hæc ſententia, ea uolumus, cogitamus, ſuſcipimus, quæ uult* Dominus, *nec cernimus ipſi uias noſtras,* Dominus *de nobis iudicat.* *Contra Lib. Arbitrium.*

Reuela domino opera tua &c.

Accepta eſt ſententia ex Pſalmo *trigeſimo ſexto* Reuela Domino *uiam tuam, & ſpera in eo, & ipſe*

faciet. Et LIIII. *Iacta ſuper* Dominum *curã tuam id eſt, crede quæ ſuſcipis, fide ſuſcipias, quæ agis fide agas. Quicquid enim ex fide non eſt, peccatum eſt. Quæ confiſi uiribus noſtris audemus, fallunt nos, ut Pſalmo trigeſimo ſecundo inquit, Nõ ſaluatur rex per multam uirtutem, id eſt, ſuis uiribus, quæ fiducia in* Deum *gerimus, etiam aduerſantibus creaturis ſuccedunt tamen.*

Vniuerſa ꝓpter ſemetipſum facit dominus

Prædeſtinatio

Propter ſe, *id eſt, ad oſtendẽdam gloriã ſuam, in alijs uim iræ, in alijs gratiæ amplitudinem declarat,* Roma. *nono, Porro tum demum hæc ſententia recte intelligitur, quando iræ uim expaueſcit cor, & ſentit* Dominum *iuſto iudicio alios excæcare & perdere.* Et *rurſum ſentit adeſſe alijs, & ſua miſericordia tueri, ſeruare &c. Omnia alere &c. Sicut Pſalmo* CXLIIII. *inquit, Oculi omnium in te ſperant, & tu das eſcam illis in tempore oportuno.*

Abominatio eſt domini omnis arrogans

Sic Lucæ decimo ſexto, Quod hominibus altum eſt, abomina

eſt, abominatio eſt coram Deo. Porrò quod ſub ijcit, non fore innocentes etiam ſi ſit manus ad manum, eſſe puto futurum, ut pereant etiamſi conentur omnia ſuis uiribus, fallet eum ſua ſapientia & iuſtitia. Altum corã hominibus

Miſericordia & fide redimitur iniquitas

Fides fidelitatẽ ſignificat quam præſtamus alijs, & ſignificatur utraq; uoce charitas, q. dicas, charitate redimitur iniquitas. Eſt enim ſimilis illi ſententia, Remittẽti remittetur, Matth. VI. Porro nos remittere alijs ſignũ eſt, admonens diuinæ uoluntatis, & teſtificans noſtra peccata nobis coram Deo condonari: ſicut baptiſari, ueſci corpore CHRISTI, *ſigna ſunt, quibus certiores reddamur, uoluntatem eſſe Dei, condonare nobis peccata: hæc ſacramentorũ uis eſt, nam quom Verbũ ediderit de remiſſione peccatorũ, hæc ſigna adiecit Dominus tanq̃ monens. Ecce ne dubites remitti tibi peccata, hæc ſigna adijcio Verbo, quæ teſtẽtur meã eſſe uoluntatẽ cõdonare peccata. Itaq; cõſtanter confide. Et in timore Domini, hoc eſt officium timoris Domini, ut nullum admittat malum.* Vis ſacramentorum

Deſenſor noſter Dominus Quom placuerint dño uiæ hoīs, inimicos q̊q; eius conuertet ad pacē

Digna eſt ſententia, fidimus amicis omnes, id quod peſſimum eſt uiciū naturæ, illa deſperat præſidio Dei, fidit homini, quom tamen lex habeat, ut ſolum Deum amemus & timeamus. Non poterunt lædere, quicunq; etiam fuerint, nam Deus eſt murus ferreus, mutabit Deus cor eorum, qui te lædere uoluerint, ut factum eſt cum Iacob et Eſau, metuebat Iacob ipſum Eſau, dominus mutauit cor eius, nam amantiſſime eum complexus eſt, Sic de Saule & Dauide.

Melius eſt parūm cum iuſtitia.

Conuenit cum ſuperiori, Domini benedictione dabitur uictus, non tuis artibus aut ſtudio.

Cor hominis diſponit uiã ſuam &c.

Conuenit cum prima, id eſt, nos conſultamus quidem, ſed fruſtra, ille ſi uolet ſuccedent, ſi non, tum erunt omnia uana.

Diuinatio in labiis regis.

Deutero. decimo ſeptimo praeceptum eſt, ut rex in manibus habeat uolumen legis, & ex illo ſe comparet. Et prima Petri quarto, Si quis loquitur tanq̃ ſermones Dei. Ita hic mandatur, ne quid contra uoluntatem Dei conſtituatur, quod fieri nõ poteſt, niſi is qui praeeſt, habeat Verbum Dei, ideo uult eius ſermonem eſſe Diuinationem ſeu Prophetiam, cuiuſmodi reges fuere Dauid, Solomon, Ezechias, qui nihil ſuſceperunt, niſi conſulto Domino, maxime aũt haec in ſpirituali regimine obſeruanda ſunt, ut Prophetia ſit omnis ſermo doctorum. *Verbo Dei omnia ſuſcipienda eſſe*

Pondũs & ſtatera iũdicia dñi ſunt

Haec ſententia monet obſeruare ciuiles ordinationes, docetq; Dei uolũtate ordinatas eſſe Reſpublicas. Primum haec magna conſolatio eſt Pijs magiſtratibus, ſcire quod Dei ordinatio ſit is ſtatus in quo uerſantur, Sic et Apoſtolus inquit Roma. decimo tertio, Quae uero ſunt poteſtates, à Deo ordinatae ſunt. Eſt enim poteſtas ſeu ordinatio à Deo etiamſi is qui tenet abutatur, ui rapiat. Sicut Dei creatura uinũ eſt. At fieri poteſt, ut abutatur quispiam, ut furetur. Rurſus haec impios magiſtratus terreant, quom audiunt, Domini, non ipſorum eſſe *Ciuilis magiſtratus commendatio*

poteſtatem, & ſe alieni officij eſſe procuratores, ſicut monet iudices Ioſaphat ſecundo Paralip. deci mo nono, Non hominis exercetis iudicium ſed Domini, & quodcunq; iudicaueritis in uos redundabit. Docentur & ſubditi, quod quom poteſtati parent, uoluntati Dei parcant, id quod & Paulus monet, Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Cõmendat itaq; nobis hæc ſententia ciuilium ordinationum auctoritatem.

Pondus & ſtatera &c. Id eſt, omnis ciuilis ordinatio, iudicium Domini eſt, & opus eius.

Reges in ſcript. Regis uocabulo comprehenduntur omnes magiſtratus, etiam inferiores illi qui utũtur gladio, ut lictores.

Vir ſapiens placabit &c. Id eſt, Vir ſapiens, non concitabit ſeditionem, non repugnabit auctoritati magiſtratus.

Abominatio regum, id eſt, impietatem abominatur rex, & impietas abominabilẽ facit regem.

Abominatio regũ impie, quoniã iuſtitia ſeruatur ſolium

Iuſtitia, non humano conſilio. Mũdo abominatio eſt quicquid eſt Dei, & rurſus humana iuſtitia eſt abominatio coram Deo.

Placent

Placent regi labia iuſta

Hactenus inſtituit Magiſtratum, nunc eum qui apud magiſtratum agit, docet, ſiquidem calumniæ & adſentationes plurimum apud magiſtratum uerſantur.

Indignatio regis &c.

Commendat & hæc ſententia auctoritatem et maieſtatem regum. Deum time, & regem uenerare, id eſt, maieſtas eſt metuenda, magiſtratus eſt metuendus, non debes eum offendere, nam ſi offenſus indignetur, habet ius utendi gladio contra te.

Vir ſapiens non concitabit ſeditionem, non repugnabit auctoritati magiſtratus.

In hilaritate uultus regis, uita

Beneuolentia regis eſt uita, ſcilicet tua, id eſt, ſi rex bene uelit tibi, bene habebis, uiues.

Hæ ſententiæ ſi ad ſpiritum trahantur maiora ſunt. Indignatio Domini *ſi ſit in conſcientia, morietur ipſa, rurſus quando clemens nobis apparet* Deus, *conſcientia uiuit.*

Compara ſapientiam, quia au
ro melior eſt.

Commendatio Verbi

Supra tractata eſt hæc ſentẽtia. Prudentia præſtat omnibus quæ cupiunt homines, quia Verbum Domini uita eſt. Aurum & omnes creaturæ neq; uiuificant neq; regunt, neq; quid boni adferũt: qui Verbum habent, nõ deſyderant cætera, qui autem non habent, nullis opibus poſſunt ſatiari & expleri, mirantur creaturas, & eis capiuntur, tu igitur contende tantum ad Verbum, non ad hæc.

Semita rectorũ declinat mala, cu
ſtodit uitã ſuam, q obſeruat uiã ſuam

Qui ſanam habent opinionem de Deo, declinãt à malo. Impij autem dicunt, ſi fecerimus ea quæ poſſumus, non amplius requiret à nobis Deus, Sic igitur hypocriſis neq; cernit neq; declinat mala, habet pro iuſtitia quæ non eſt iuſtitia. Cuſtodit &c. Id eſt, ut recta ingrediatur, ut ſit rectus, ille inquam conſequitur uitam ſuam, id eſt, ſeruat animam ſuam, id eſt, uitã tuetur iuſtitia, hypocriſis non poteſt declinare mala.

Contritionẽ præcedit ſuperbia.

Id eſt,

Id eſt, Non dubiũ eſt quin confundat Dominus arrogantiam brachij carnis, ſicut Eſaiæ ſecundo in quit. Incuruabitur omnis ſublimitas, & humilia-bitur omnis altitudo uirorum. Habes exempla in Benadab & Nabuchodonoſor.

Melius eſt humiliari cũ adflictis

Inſignis commendatio crucis hæc eſt, in qua cernimus ut abominetur arrogantiam carnis Domi nus, & rurſus q̃ amanter complectatur adflictos, quemadmodum & in Euangelio inquit. Venite ad me omnes qui laboratis. Eſtq; ſumma, Chriſtiani primum coram Deo confunduntur, neſciunt ſuam iuſtitiã ullam, deinde mundi peripſema ſunt. Con tra Phariſæi coram Deo ſecuri ſunt, & magnifiunt à mundo, quia ſtulticia delectat ſtultum, ut ſupra dictum eſt. Itaq; quom offenduntur horum fœli-citate Pij, ſunt confirmãdi huiuſmodi uerbis, in qui bus cernunt uoluntatem Dei erga adflictos. *Crucis commendatio*

Prudẽter tractãs rem reperiet bona

Prior ſententiæ pars monet prudentiam fortu-nare res, quemadmodum & ſupra docuit, Diſ-ſipantur cogitationes ubi non eſt conſilium, quem

admodum Iacob prudentia ditatus eſt, Dauid aliquoties euaſit. Item manum abſtinuit, quom occaſio eſſet oblata impij regis trucidandi. Poſterior ſententiæ pars docet cuiuſmodi ſit hæc prudentia, uidelicet fides. Nam prudētia carnis Achitouel Pharaonem, & ſimiles euertit. Ita fieri nō poteſt, quin confundatur brachium carnis.

Sapientē cōueniet intelligens, & dulcedo labiorum auget doctrinā

Auditores Verbi.

Id eſt, Verbum audit is demū qui eſt intelligens Impij non audiunt, ſupra capite decimo, Sapiens corde accipiet præceptum. Sermo oportunus eſt optimus, adminiſtrare ſic Verbū, ut uideas, oportune facias.

Fons ūitæ eruditio.

Id eſt, eruditio uiuificat, Verbum uiuificat.

Doctrina ſtultorum fatuitas

Id eſt, humana ſapientia, & ea quæ ſunt ſumma īter homines, mūdus quærit opes, & ſua, ideo eſt fatuitas, nam non permanent. Cor ſapientis id eſt, ſi cor conceperit ſapientiam, tum demum recte

recte docebit, ſciet Verbum oportune diſpenſare.

Fauus mellis ſermo iucundus, dulcedo animæ ſanitas oſſium.

Condition Euangelij

Id eſt, bonum iudicium eſt ſanitas oſſium, nam conditio Euangelij deſcribitur.

Eſt uia quæ uidet̃ homini recta

Vt hypocriſis tota uidetur homini recta, ut Manaſſes putauit ſe pium officium facere, quando luſtrauit filium ſuum per ignem, ſed offendit Dominum. Sic omnis humanus cultus. Nouiſſima eius, id eſt, poſtq̃ Deus reuelat cor, tum uidemus q̃ peruerſe egerimus, nam hypocriſis ſe non iudicat.

Contra bonam intentionem

Anima adflicta, ſibi moleſta eſt

Id eſt, futilis ipſe dat pœnas ſuæ ſtultiloquentiæ, id eſt, confundit ipſe ſeſe, ut infra dicitur. Os ſtulti contritio eius, id eſt, ſeſe confundit ſuo uerbo.

Vir nequam comparat ſibi malũ

Id eſt, confundit ſe, malũ uertit in auctorem. Machinatur mortem Dauidi Saul, quid fit? ipſe perit. Ignis ardeſcit, id eſt, lingua nocet.

Peruerſus eſt qui ſuſcitat lites,& latro eſt qui alienat principem

Peruerſi Peruerſi ſunt impij doctores, illi repugnãt Verbo. Homicida eſt qui alienat Principem, hoc eſt, qui Eccleſiam alienat à doctore, quocunq; tandem ſcandalo. Vir iniquus lactat, ſcilicet hypocriſi, Eulogijs, Chriſtologijs, ſicut Apoſtolus loquitur.

Qui attonitis oculis &c.

In hebræo, Qui annuens oculis praua captat, et fingens os, perficiet malũ, id eſt, qui clam inſidiatur, is blanditur uerbis coràm.

Corona dignitatis ſenectus

Senectutem uenerandã eſſe *Longinqua uita* *Id eſt, ſenectus eſt ueneranda, quæ ſcilicet uenerãda ſenectus in uijs iuſtitiæ reperietur: Dixit Apoſtolus, honorandum eſſe patrem, tum futurum ut ſit uita longinquior. quæ uita longinqua non tantum de longa uita, ſed de omni cõmoditate ſiue corporali ſiue ſpirituali. Nam benedixit nobis in cæleſtibus. Sic enim dat nobis, ut illi uidetur nobis quã optimum eſſe. Hæc eſt ſententia, Iuſti peruenient ad eam honorandam ſenectutem, longitudinem uitæ attingent.*

Caput

CAP. XVII.

Melior eſt buccella ſicca cum gaudio &c.

VBIQVE HOC AGIT ſcriptura, ut auocet nos à rebus ad contemplandam uolũtatem Dei, Domini benedictione res obueniunt. Itaq; in illum potius defigendi ſunt oculi, q̃ in res ipſas, & fortunantur Pijs, ideo ſupra ait. Melius eſt modicum cum timore Dei &c. Item, Melius eſt modicum cum iuſtitia &c. Ita hic etiam inquit, Melius eſt ſiccum fruſtum cum fœlicitate, id eſt, cum pace cordis, nam iuſtitia parit pacem cordis: Ro. quinto, ea boni conſulit quisquis eſt rerum ſtatus. At contra non eſt pax impijs; & ſupra inquit.

Corroſionem eſſe in illorum ædibus, quæ res con ſumit, quantumuis ſeruare certes.

Seruus ſapiens dominabitur.

Prudentia regendũ eſt

Id eſt, uires aut opes non imperant, ſed prudentia, ſicut infra monet capite uigeſimo primo. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, ſic et ſupra docuit, prudenter tractans rem, reperiet bona.

Igne probatur argentum &c.

Argentum cognoſci poteſt, cor hominis non poteſt cognoſci, illud excoquitur, hoc autem non purificatur niſi iudicio Domini.

Hypocriſis ſimia

Solus Dominus corda cognoſcit & iudicat, hypocriſis piorum opera imitatur, ideo fallit non aliorum tantum iudicium, ſed ipſos etiam qui faciunt. Rurſus multa fiunt à Pijs eiuſmodi in ſpeciem, quæ merito putet reprehendẽda eſſe ratio, cuiuſmodi fuit opus ſororis Marthæ, Iohannis duodecimo, Et Dauidis ſecundo Regum ſexto, quom arcæ præluderet. Neq; uero cognoſcit tantum corda Dominus, ſed exercet etiã, cõfundit aut confirmat, huc pertinet Pſalmus CXXXVIII. Domine probaſti me &c.

Itaq;

Itaq; non iudicemus, ſed relinquamus Domino iudicium, fallitur caro, & quom opera aliena iudicat, & quom crucem iudicat.

Malus obedit linguæ &c.

Id eſt, Verbum nemo audit niſi ſapiens, impij obediunt mendacio.

Corona ſenum filii filiorum.

Imitatur uulgarē opinionem hæc ſententia, Sic enim ferè ſentiunt, liberos eſſe ornamento maioribus, maiores liberis, ſed eſt alia quædam nobilitas prædicata in ſcripturis, ſcilicet eorum à quibus Verbum accipimus, ſic Abraham pater omniū gentium dicitur, & nos filij Abrae, ubi gloriamur utriq; de nobilitate, qua cognati ſumus per Verbū Dei. Abraham gloriatur quod acceperit promiſſionem gratiæ, & regni, nos gloriamur quod ſumus facti hæredes regni, quod promiſſum eſt à Deo, hoc eſt, quod in CHRISTO conſecuti ſumus remiſſionem peccatorum, Sic Iacob Gene. XXXXXVIII. Inuocetur ſuper eos nomen meum, & nomina patrum meorum Iſaac & Iacob, id eſt nomen meum indatur eis, ut fiant hæredes mei,

Liberi ornamento ſunt parentibus.

Nobilitas chriſtianorū in ſcrip.

Locus gene. 48. pulchre expliatus

& hæreditas regni, quæ mihi & patribus promiſ ſa eſt, illis ueniat. Ea hæreditas eſt eſſe popu*lum* Dei, *ſic de* Abraam *gloriatur* Iſaac, *non* Iſma *el.* De Iſaac Iacob, *non* Eſau, *hoc eſt, quos ele*gerat Dominus. *Itaq; corona ſenum Abraæ ſeu pa trum nos ſumus, id eſt, perhibemus illorum uer*bo *teſtimonium, & uiciſſim patres perhibuerunt teſtimonium, quod eſſemus futuri filij,* Sicut Pſal*mo uigeſimo primo ſcriptum eſt,* Adorabunt *in conſpectu eius uniuerſæ familiæ gentium.*

Nõ placet ſtulto ſermo ſuperuacaneus, tantum abeſt, ut regi placeat labium mendax.

Mendacium — Id eſt, *pernicioſi ſunt rebus publicis iſti, qui mentiuntur, id eſt,* Ne *ſtultus quidem gaudet falli, tantum abeſt ut rex uelit falli.*

Gemma gratiſſima &c. quocũq; ſe uertit rem fortunabit

Munera — Hæc *eſt ſententia, Munera placant homineſq;* Deoſq;. *Nemo eſt qui non queratur Magiſtratus ſe corrumpi permitti.*

Qui cælat delictum, amabit &c.

Conuenit

Conuenit cum eo, Vniuerſa delicta operit charitas. Nam eſt id officium noſtrum, ut alter alterum toleret, ego in te deſydero leuitatem, tu aũt in me conſtantiam aut caſtitatem.

Plus proficit lenis correctio &c.

Nam lenes facile ducuntur, & Verbum Dei audiunt, qui credunt. Centum plagæ, id eſt, adflictio non corrigit præfractos, ſicut in Prophetis queritur Dominus Eſaiæ nono. Et populus non eſt reuerſus ad percutientẽ ſe, id eſt, non agnoſcit manũ Domini, ut pœnitentiã ageret. Ita hic monet adflictionẽ apud incredulos nihil proficere.

Moroſus quærit malũ, & in crudelem nuncium incidet.

Id eſt, impatiens & præfractus incidet aliquando in ſimilem ſui, à quo male mulctetur, Er wirt ſeyns gleichen ein mal treffen.

Expedit magis urſæ occurrere &c.

Conuenit cum illo dicto, Nihil eſt imperito homine iniuſtius. Quidam quomodocunq; eos tra- *Implacabiles*

ctes non poſſunt placari, nunq̃ eis poteſt ſatisfieri, ſed hic aliud maius eſt. Hic fatuus eſt, de quo genere queritur Dominus Matth. XI. *Cecinimus uobis & non ſaltaſtis, hypocriſis eſt.*

Qui reddit mala pro bonis &c.

Minatur Dominus ingratis, Dauid bene meritus fuit de Saule, tamen male gratus is fuit.

Contentiões Litis initiũ eſt perinde ac ſicubi ex alueo erumpit aqua, & ex iurgiis lis late ſpargetur, id eſt, lis litem ſerit & ſeminat.

Hortatur ad charitatem, ne alteri improbremus, ſed condonare debemus. Sic facit Satan, ut transferat nos hodie ab integritate fidei, ad diſputationes uanas ceremoniarũ, & cultus ſanctorũ.

Et iuſtificat impium &c.

Confeſſio ueritatis *De iudicijs uides quid praeceptum ſit* Deutero. XIX. *Non miſerearis eius &c. Sed hæc ſententia exigit, ut fateamur Euangeliũ. Nam ut inuenias qui non damnent palàm, tamen pleriq; ſic ſunt adfecti, ut agnoſcant*

ut agnoſcant quidem Euangelium, & doleant id opprimi, tamē non audēt libere teſtificari de Euangelio. Sic ſentiunt, quid attinet cum periculo publico, cum amici offenſa pro uno homine decertare, occidant ſane, quandoquidem ego fruſtra me oppoſuerim: huiuſmodi erat Nicodemus. Erant & Phariſæi, Iohannis Vndecimo. Et CHRIſtus ſe uocat abiectionem plebis. Nam plebs non perſequitur quidem, ſed uitat & negligit.

Sententia eſt, Qui nō perhibet teſtimoniū ueritati, is eſt apud Deum abominatio.

Quid prodeſt precium in manu ſtulti, quomad comparandam ſapientiam cor non habeat

Memorabile eſt in hac ſententia, quod negat eū cor habere, qđ poſſit cōparare ſapientiā, ſupra enim inqt capite II. Dominus dat ſapientiam. Et Deutero. XXIX. Non dedit nobis Dominus cor intelligens. Quare falluntur, qui humanis uiribus parari poſſe ſentiunt. Eſtq; ſententiæ ſumma, eum cui ſapientia non contigerit, & republica & induſtria carnali male uſurū eſſe, nam precium in manibus uocat res præſentes, dona Dei, adeoq; A Domino dari ſapientiam

& ipſam induſtriam carnalem: ea in uita inſtituenda, in rebus gerendis fallit, Sicut ſupra dixit. Eſt *uia quæ uidetur homini recta & nouiſſima &c.* Quemadmodum *falſi ſunt* Iſraelitæ, *Numerorum decimo quarto, quom uetante* Domino *pugnarũt.*

Omni tempore diligit q amicus eſt, & in aduerſitate fit frater

Id quod Cicero *dixit. Amicus certus in re incerta cernitur, id eſt, amici probantur in rebus incertis. Sed maius eſt in ſpiritualibus, ubi labuntur & periclitantur Sancti, quia fit ut & pios pudeat crucis, & infirmitatis ſanctorum, ut* Nicodemum *pudebat* CHRISTI, *cogitabat enim ſi uiderint te ſectari iſtum hominem, tum quilibet te ſtultum dicet.*

Scandalum crucis

Stultus eſt qui ſtipulatur manu

Eſt *& ſupra enarrata hæc ſentẽtia. Vetat enim fidere homine,* Non *ſpondeas pro amico, id eſt ne ſtatue apud te talem hunc eſſe, qui nõ fallat &c. Sicut & in* Pſalmo *docet,* Nolite *confidere in filijs hominũ. Primum, in communi uita ferè paramus nobis amicos, per quos confidimus, munitos nos*

Non fidendũ eſſe homine

eſſe ad

eſſe aduerſus fortunam. Deinde in rebus ſpiritualibus, credunt quidam hominibus, ſic dixit Auguſtinus, Ergo idem ego credam. Impietas eſt omnis iſta fiducia in homines collocata.

Qui contentiones diligit, diligit prævaricationem, & qui ſuperbe loquitur, quærit ruinam

CHRISTVS *pronūciat pacificos beatos eſſe & filios* Dei. *Et* Paulus *uocat* Deū *pacis, non diſſenſionis.* Itaq; *Satanæ miniſtri ſunt, qui excitant ſectas in* Eccleſia *contra* Verbum Dei. *Poſterior pars deſcribit quales ſint, dicit eos ſuperbe loqui id eſt, ingentia polliceri, hic eſſe* CHRISTVM, *ſe habere claues regni cælorum, hoc opus ſi feceris ſaluus eris.* Huiuſmodi *doctrinam uocat* Paulus *alicubi* εὐλογίας, *&* χρηστολογίας, *aliàs* πιθανολογίαν *aliàs* φιλοσοφίαν. *Eſt* aūt *oīs doctrina iuſtitiarū carnis.* Sic PAPA *non fidem ſed ſuas ceremonias & ſatisfactiones docet. Sic alij ponunt pietatem in neglectu ceremoniarum, huiuſmodi contentiones hic uetantur. Vetabat & ſupra contentiones, quom dicebat ſimile inicium litis eſſe, aquæ alueum rumpenti, quæ coherceri*

Qui ſint qui excitāt ſectas in Eccleſia

poſtea nequeat. Nam ubi ſemel fatuæ diſputationes illæ admiſſæ fuerint, alia ex alia naſcitur, & doctrina pietatis opprimitur, ideo uocat Paulus has queſtiones interminatas.

Qui peruerſi cordis eſt &c.

Peruerſi *Peruerſos ſcrip. uocat, qui Deum ſibi pro ſuo arbitrio imaginantur, nec metuunt, neq; fidunt. Hos deſcribit Titi pri. Paulus, dicit eſſe abominabiles, ad omne opus bonum reprobos. Porrò hoc genus maxime in mundo floret, quare conſolatur nos aduerſus hoc ſcandalum, ut ſentiamus pœnas eſſe daturos Deo, etiamſi aliquandiu differatur iudicium, ſæpe repetita eſt ſententia, quo diligentius aduerſus hoc ſcandalum nos armaret.*

Gignit ſtultus pœnam ſibi, & non gaudebit ſtultus pater

Non præcipitur ut parentes doceant Verbum Dei liberos. Sic eſt in Deutero. ſic Exod. Sic & in Pſalmo.

Stultus pater *Stulti patres ſunt quicunq; docent alia præter uerbum, hi omnes pereunt.*

Animus gaudens ætatẽ flori-

dam ſi

dam facere, & cætera.

Pauciſſimi ſunt qui æquo animo ferant ſua dona, ille ægrefert q alius pluris fiat q ipſe. Sic enim ſumus adfecti, ut indignemur aduerſus iudiciū Dei, & hæc triſtitia exiccat oſſa, ut filij Iſrael in deſerto, Eſt ne Dominus in nobis an non? hæc eſt illa murmuratio. Murmur

Munera de ſinu impius accipit

Vides in genere pronunciatum de omnibus impijs, quantumuis boni uiri uideantur, quod pecunia expugnentur. Sic Eſaiæ primo capite. Omnes munera accipiunt. Et in Deutero. dicit, etiam prudentium oculos excæcari. Munera

Coram intelligente eſt ſapientia & oculi ſtultorum in finibus terræ ſunt

Id eſt, intelligentes habent ob oculos ſapientiā, cernunt & ſapiunt ea quæ ſurſum ſunt, expectant auxilium & conſolationem diuinitus.

In finibus terræ, id eſt, ſpectant terrena, gloriam, tranquillitatem, & alia.

Filius ſtultus ira patris.

Id eſt, Vbi non eſt pietas, ibi nō poteſt nō eſſe dolori filius patri.

Non eſt bonū damnū inferre iuſto

Primum iuſtis pollicetur opem, ut Zachariæ ſecundo, Qui tetigerit uos, tanget pupillā oculi mei Et primo Paralip. decimo ſexto. Non permiſit quenq̃ calumniari eos. Vides in hac Gnome grauiſſimam eſſe cōſolationem, mundus ſecurus ſæuit in pios, hos occidit, illis famā aut rem eripit, idq; ſecure agit, quia Dominus aliquandiu differt pœnam. Proinde Pij tametſi nemo uideatur opitulari credunt Verbo Dei, Dominum eſſe qui non modo iniuriam ulturus ſit, ſed ne paſſurus quidem ut lædat mundus, ut Matthæi decimo inquit. Nolite timere multis paſſeribus meliores eſtis. Lex eſt Exodi uigeſimo ſecundo. Principi populi tui non maledices. Roma. decimotertio, Subditi eſtote nō ſolū propter iram &c. Et aduerſantes poteſtati citra auctoritatem diuinā ceciderunt, ut Baaſa, & Sambri tertio Regum decimo ſexto. Et hic addit propter iuſtitiam. Porrò iuſtitia ſignificat ipſam ordinationem

Deum curam noſtri habere.

ordinationem ciuilem, tametſi ea ordinatione Princeps alicubi abutatur.

Qui abſtinet a ſermonibus ſuis nouit ſciam, & uir intelligẽs eſt &c.

Hæc ſententia proprie docentes in Eccleſia monet, ne humana doceant, propterea diſerte additum eſt, Abſtinet à ſermonibus ſuis, iuxta illud pri. Petri quarto. Si quis loquitur, loquatur ut ſermones Dei. Et noſſe ſcientiam, & eſſe intelligentem, eſt non innuti ſuæ prudentiæ, ſed Verbo Dei. *Officium docentium in Eccleſia*

Et precioſi ſpiritus &c.

Scilicet coram Deo, id eſt, efficit ea quæ ſunt bona, id quod non poteſt humano conſilio, ſi dicatur ſic rege, ſic ueſtias, non eſt uerbum precioſum, ſed inane uerbum.

Stultus quoq; ſi tacuerit &c.

In cõmunibus moribus ita fit, ut qui tacere poſſunt, non uideantur modo, ſed ſint etiam ſapientes. Ita in Eccleſia tacere ſapientia eſt, & audire cui reuelatum ſit, quemadmodum præcepit Apoſtolus prima Corinthiorum decimo quarto. *Iudicium Eccleſiæ*

FINIS.

Filius ſtultus ira patris.

Id eſt, Vbi non eſt pietas, ibi nõ poteſt nõ eſſe dolori filius patri.

Non eſt bonũ damnũ inferre iuſto

Primum iuſtis pollicetur opem, ut Zachariæ ſecundo, Qui tetigerit uos, tanget pupillã oculi mei Et primo Paralip. decimo ſexto. Non permiſit quenq̃ calumniari eos. Vides in hac Gnome grauiſſimam eſſe cõſolationem, mundus ſecurus ſæuit in pios, hos occidit, illis famã aut rem eripit, idq; ſecure agit, quia Dominus aliquandiu differt pœnam. Proinde Pij tametſi nemo uideatur opitulari credunt Verbo Dei, Dominum eſſe qui non modo iniuriam ulturus ſit, ſed ne paſſurus quidem ut lædat mundus, ut Matthæi decimo inquit. Nolite timere multis paſſeribus meliores eſtis. Lex eſt Exodi uigeſimo ſecundo. Principi populi tui non maledices. Roma. decimotertio, Subditi eſtote nõ ſolũ propter iram &c. Et aduerſantes poteſtati citra auctoritatem diuinã ceciderunt, ut Baaſa, & Sambri tertio Regum decimo ſexto. Et hic addit propter iuſtitiam. Porrò iuſtitia ſignificat ipſam

Deum curam noſtri habere.

ordinationem

ordinationem ciuilem, tametſi ea ordinatione Princeps alicubi abutatur.

Qui abſtinet a ſermonibus ſuis nouit ſciām, & uir intelligēs eſt &c.

Hæc ſententia proprie docentes in Eccleſia monet, ne humana doceant, propterea diſerte additum eſt, Abſtinet à ſermonibus ſuis, iuxta illud pri. Petri quarto. Si quis loquitur, loquatur ut ſermones Dei. Et noſſe ſcientiam, & eſſe intelligentem, eſt non inniti ſuæ prudentiæ, ſed Verbo Dei.

Officium docentium in Eccleſia

Et precioſi ſpiritus &c.

Scilicet coram Deo, id eſt, efficit ea quæ ſunt bona, id quod non poteſt humano conſilio, ſi dicatur ſic rege, ſic ueſtias, non eſt uerbum præcioſum, ſed inane uerbum.

Stultus quoq; ſi tacuerit &c.

In cōmunibus moribus ita fit, ut qui tacere poſſunt, non uideantur modo, ſed ſint etiam ſapientes. Ita in Eccleſia tacere ſapientia eſt, & audire cui reuelatum ſit, quemadmodum præcepit Apoſtolus prima Corinthiorum decimo quarto.

Iudicium Eccleſiæ

FINIS.

CAP. XVIII.

Cui uoluptas eſt diſceſſionem concitare, is captat ubiq; rixandi materiam

Calumniatores uerbi

VERBVM IMPII CAlumniantur, & captāt quæ in ſpeciem poſſunt calumniari, captant item quod in moribus docentium calumniētur, quemadmodum de Chriſto dicūt, Ecce homo uorax. Captant autem in hoc, ut uerbum opprimant. Poſtremo offenduntur etiam pij infirmitate ſanctorum, ſed aduerſus hoc ſcandalum oportet pios armatos eſſe uerbo, & ſuſcipere onera ſanctorum

ſanctorum, quemadmodum præceptum eſt, Alter alterius onera portate &c.

Non delectat ſtultum intelligentia, ſed lætitia cordis ſui

Id eſt, Verbũ crucis odit mundus, & ea amat, quibus probantur humanæ cupiditates, prudentia & iuſtitia, & cætera.

Impius contẽnit, & cũ ignomiã &c.

Deſcripti ſunt fructus impietatis. Primus eſt contemptus Dei, quemadmodum dicit in Pſalmo, Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Et Ro. octauo, Qui ſecundũ carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. Sic comtempſit Pharao Exodi quinto. Contemptum ſequitur blaſphemia, hoc eſt, quod dicit, cum ignominia conuicium eſſe. Nam blaſphemia coarguit impietatẽ cordis, Matthæi duodecimo Quomodo poteſtis bona loqui, quom ſitis mali. Si uocabulum, quod ignominiã uerti, paſſiue expoſueris, erit hæc ſentẽtia. Maledicti maledicũt. Itaq; monemur nihil effecturos eſſe aduerſus ſanctos, qui maledicunt, quemadmodum & Aſſyrij aduerſus Ezechiam fruſtrati ſunt. **Fructus impietatis**

Perpetua ſcaturigo fons ſapientiæ

Scaturiginem uocat fontem ſapientiæ, uidelicet quod exhauriri non poſſit, quia enim ſapiētia cognitio Dei eſt, ſeu iudicium ſpiritus, non poteſt opprimi aut falli à carne, quantumuis ſint carnalia conſilia, fallacia & fucata. Propterea & de Verbo Dei *iudicat ſpiritus, de quo iudicare caro nō poteſt.* Confert *itaq; aquam profundam, & perpetuam ſcaturiginem. Aqua profunda exhauritur, ſcaturigo non exhauritur.* Humana *conſilia coarguūtur, ſpiritualia autem neq; depræhendi, neq; iudicari, neq; coargui à carne poſſunt.*

Accipere perſonam impii &c.

Iudicium *Non eſt peruertendum iudicium in* Exod. *legis, neq; perſonæ diuitis neq; pauperis habendam eſſe rationē, Veritas non eſt fucanda aut tegenda, quocunq; modo.*

Perſona moueri in iudicando de Verbo Dei *non eſt bonum. Qui ſint illi qui perſona mouentur, expoſuit* Apoſtolus, *ſiue* Ariſtoteles, *ſiue,* Plato, *aut* PAPA *dixerit, non eſt de uerbo iudicandum ex impij arbitrio.*

Labia

Labia ſtulti miſcent ſe rixis

Vetat contentiones & ſtultas queſtiones: multa ſunt condonanda iјs, quibus cum uiuis, nam aliј ſunt aſperiores, aliј tales, ſi non omnes attempe- rant ſe tuis moribus, ferendi ſunt.

Iurgia prouocat

Id eſt, ſeminat materiam litis, ſicut ſupra dixit Ex iurgijs lis late ſpargetur.

Os ſtulti contritio eius.

Id eſt, ſuo gladio iugulantur, ipſi ſe coarguũt.

Et labia laqueus animæ eius

Id eſt, Ipſe ſeſe capit, irretitur ſuis uerbis: quã do conſcientiæ confundũtur, tum dubitant, ſequi- tur deſperatio, ſic ipſorum uerbum eſt eis laqueus.

Verba ſuſurronum uerbera ſunt

Id eſt, ſuſurrones ſunt homicidæ ad inte- riora uentris, id eſt, confodiunt te, ac ſi te gladio confoderent. *Suſurrones*

Suſurrones ſunt quos ſupra deſcribit, qui alie-

n n

nant principem, hoc eſt, qui calumniantur aut Verbū, aut doctores uerbi, illi ſunt qui te iugulant, & iſtud eſt negocium Satanæ.

Diligentiā et ſolicitudinē exigit

Ceſſator, frater eſt diſſipātis rem

Non ſemel ſupra obiurgat ocioſos, quia præceptum eſt, In ſudore uultus tui comedes panem tuum. Et Apoſtolus exigit diligentiam & ſollicitudinem à ſingulis, in ſua cuiuſq; uocatione. In re pecuniaria ita fit, ut facile conſumatur, niſi labore aſſiduo ſarcias, multo magis autem in rebus ſpiritualibus, niſi uerbum urgeamus, niſi rigemus uerbo, furtim irrepunt humanæ opiniones, & ceditur locus Satanæ. Hoc fit & in ſingulorum cordibus, & in publica functione Epiſcoporum, qui dum ceſſant, interea irrepſere multiplices hæreſes ideo Chriſtus Matth. XXIIII. uehemēti cōtione inſectatur ſecuritatē hāc carnalem, & ceſſatorē ſeruum. Et Paulus ubiq; iubet uigilare et ſobrios eſſe, & Petrus, Vigilate, quia tanq̄ leo rugiens &c. Et Moſes Deutero. VI. præcipit acui Verbum Dei, id eſt, aſſidue inculcari, ut excæcet opiniones carnis. Nam ubi primum leuiter lapſus fueris, ſuccedunt ſtatim impiæ opiniones, quæ uel deſperationem uel contemptum Dei adferant.

Vigilandum eſſe in Eccleſia

Ceſſator ſeruus in Euangelio.

Acuere uerbum

Turris

Turris fortiſſima nomē domini

Hunc uerſiculū exponit Pſalmus decimus nonus Hi in curribus & in equis, nos autem in nomine Domini &c. Et uigeſimo quarto, Vniuerſi qui te expectant, nō confundentur. Et Roma. decimo. Omnes qui inuocauerint nomē Domini, ſalui erūt. Inuocatio nominis Dei

Iuſtus eſt is, qui inuocat nomen Domini, hæc eſt unica iuſtitia, & præter hanc non eſt alia.

Subſtantia diuitis, urbs roboris

Hæc eſt ſententia, Vbi eſt theſaurus hominis, ibi & cor eius, id eſt, homines fidunt opibus, fidunt creaturis, & fruſtrantur. Cor confirmandū eſt iſtis generalibus promiſſionibus, uidemus enim qualem habeant illi conſcientiam, qui non habent guſtum Verbi. Vana fiducia

Anteq̃ cōterat̃, exaltat̃ cor hominis

Id eſt, Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. Abominatio eſt corā Deo quicqd ſublime eſt corā hominibus. Ipſe enim deijcit alta. Opus Domini eſt exaltare iacentes. Pharao eſt exaltatus ut deijceretur. Timeant qui euecti ſunt, & non deſperent qui deiecti ſunt. Altum in oculis hominū

Qui prius reſpondet q̃ audiat, ſtultum, & cætera.

Iudicum conditio

Nõ ſtatuas priusq̃ cognoueris cauſſam, hoc præceptum eſt primum iudicibus, ne habeant animum præoccupatũ fauore, aut alia propenſione magis in hanc, q̃ illam partem.

In cauſſis ſpiritualibus fit, ut prius moueantur humanis rationibus, q̃ credant uerbo.

Spiritus uiri uincit ægritudinem & ſpiritum triſtem quis ſedabit?

Alacritas ſpiritus

Cor alacre & pacificatum uincit etiã mortem, & conſcientiam conturbatam nulla creatura conſolatur. Ab auditione mala non timebit is, qui habet Verbum.

Cor prudẽtis compabit ſcientiã

Prudentes quærunt ſcientiam, impij non quærunt, hæc tam ſæpe inculcat, ut armemur aduerſus ſcandalũ. Noli capi illecebris impiorum, etiamſi contemnant Verbum, tu perſiſte.

Donũm hominis dilatat uiã eius

Id eſt, munera placãt, Eſaias. Oẽs munera accipiunt

cipiunt. Munera ſunt pecuniæ, fauores &c.

Iuſtus primum accuſat ſe &c.

Mundus ſeſe iuſtum eſſe decernit, & damnat alios, ut Phariſæus Lucæ decimooctauo, agit gratias, quod non ſit ſicut cæteri: & Iohannes uetat dicere filij Abraæ ſumus &c. Et Eſaiæ quadrageſimo ſeptimo. Ego ſum, & præter me non eſt alius. Et ſupra. Via ſtulti recta in oculis eius. Ecõtra iuſti damnant ſe primũ, iuxta illud, Agite pœnitentiam &c. Poſtea iudicant de mundo, Trabem prius e ſuis oculis, poſtea feſtucã ex aliorum oculis eximunt. Supra ſæpe præceptum eſt, ne fidatur hominibus, quod impij ſic faciant, ſua ipſius quiſq; prudentia & iuſtitia fidit, cæteris diffidit. Cõtra Pij damnant ſe ipſos primum, poſtea iudicant de alijs, uſq; adeo opera non ſunt iuſtitia, ut omnia ſua damnet iuſtus.

Iuſtitia carnis iactatrix

Lu. 18.

Esa. 47.

Iustitia [illegible]

Contentiones componit ſors

Id eſt, incertus eſt exitus contentionis.

Et inter potẽtes quoq; diiudicat

Id eſt, ne fortes quidem ſua fortitudine uincunt.

Quia ſors incerta eſt. Nam ſecundum uoluntatē Dei, nunc huc, nunc illuc uertitur.

Frater qui adiuuatur a fratre &c.

Concordia proximi

Eſt in humanis libris laudata concordia proximi, quorū ſic ille ait, concordia paruæ res creſcunt &c. In rebus ſpiritualibus uocat Paulus charitatē, uinculū perfectionis. Et quia imbecilliori bus per charitatē ſe attemperant ualidi, & ualidis concedunt imbecilles per charitatem. Deinde notum eſt, ſectas eſſe nocentiſſimā peſtē Eccleſiæ, & laudatur ſanctorum ſocietas, Eccleſi. quarto. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Et Matthæi decimo octauo, Vbicūq; duo aut tres cōgregati &c. Huc uidetur et hæc gnome referēda eſſe, Frater qui adiuuatur &c. Id eſt, alter ab altero conſolationē capit. Quod dicit iudicātes, quaſi uectes urbium, intellige de iudicum uel Principum conſenſu, atq; adeo doctorum, uel de fratribus, qui ſimul depugnent aduerſum alios.

Sanctorum ſocietas

De fructu oris uir replebitur, et uentrē eius fructꝰ labiorū ſaturabit

Id eſt, qui bene loquūtur, bene habebunt. Hæ-

reticis

reticis ſua ſapientia eſt exitio, bonis doctoribus eſt autem bono.

Mors & uita in̄ poteſtate linguæ qui diligunt eam &c.

Qui diligunt eam, id eſt, qui habent eius rationem. Sententia eſt, qui bene loquūtur, bene habebunt, & qui male, male habebunt.

Qui inuenit mulierē, inuenit bonū.

Cõmendatio coniugij.

Et laudatur hic coniugium aduerſus hominum iudicium. Et adiecta eſt promiſſio, quæ pollicetur Dei *beneuolentiam coniugibus. Primum dicit inueniens. Eſt autem inuenire cognoſcere, quod offeratur à* Domino *. Nam offerri diuinitus uxores infra dicit in cap. proximo. Eſt itaq; rei caput, ſentire quod* Domini *uoluntas ſit, ut in ea conditione uiĉtites, & hanc eſſe à* Domino *oblatā, propterea ex uoluntate* Dei *habendā eſſe. Deinde inquit, mulierem, quod naturæ uocabulū eſt, ut admoneat, naturā ita inſtitutam eſſe, ut uiro adſit mulier: quiſquis ergo uoluntatem & inſtitutionē* Dei *cõſyderat, facile fert, tanq̄ uoluntatē* Dei *, etiam ſi quid durius accidit in coniugio. Breuiter, ſicut in omnibus rebus, non res, ſed uoluntas* Dei *ſpe=*

Mulier naturæ uocabulū

In coniugio uoluntas dei tantum ſpectanda

ſtanda eſt, ita & in coniugio uolũtas Dei tantum, non res ipſæ ſpectandæ ſunt. Deinde inuenit bonum, quia mulierem uocat Geneſis auxilium. Nam quisquis ordinationem Dei contemplatur, illi coniugium eſt bona res, non odioſa, ſicut mũdo: agit gratias Deo, quod habeat remedium aduerſus peccatum, gaudet ita ferre, q̃uis res dura ſit, quia ſentit Dei uoluntatem eſſe. Postremo adijcit, unde oriatur bonum illud & gaudium coniugum, à Domino uidelicet, non à mundo.

Placide loquitur pauper, & diues reſpondet ſuperbe

Id eſt, Diuitiæ addunt animos, dona Dei inflãt. Incraſſatus eſt puer meus, dicit in Deutero. Caro enim illa occupat, tanq̃ ſua.

Vir cõmodus uel comis uel ſuauis, eyn freüntlicher menſch, qui cãdide amat, ille parabit amicos.

Vir ſpiritualis eſt commodus & aptus charitati: qui ſic eſt cõmodus, omnia transfert in ſe mala. In Hebr. eſt, uir amicorum, id eſt, qui non ſuus eſt, ſed aliorum.

FINIS.

CAP. XIX.

MELIOR EST PAVper qui ambulat in integritate ſua, id eſt, recta de Deo opinione, q̃ diues ſtultus & labijs peruerſis. Omnes diuites, id eſt, cruditiſſimi & prudētiſſimi ſunt ſtulti, nam non uidēt ex Dei benedictione ſe habere omnia. Sic & impij doctores peruerſis labijs quærunt quæ uētris ſunt, Pſalmo CXLIII. Benedictus &c. Vbi illi deſcribuntur. Diuites.

Vbi non eſt ſcientia, non eſt bonum animæ.

Sicut apud Iohannem inquit CHRISTVS, Vitam æternam eſſe cognitionem Dei. Et Hieremias gloriari iubet in eo quod noris Deum, facien Cognitionē Dei, uitam æternam eſſe

tem iudicium & iuſtitiā. Et Pſalmo XCIII. Beatus quē tu erudieris &c. Ita hic ait, nihil eſſe boni et qui caret ſcientia, hoc eſt, cognitiōe Dei. Sola enim ſcientia, hoc eſt cognitio Verbi cor pacificat & dirigit in omnibus perferendis ac faciendis, ſicut Pſalmus XCVI. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Econtra impij traduntur in reprobum ſenſum, & excæcantur, Sicut Roma. primo ſcriptū eſt, Obſcurātur oculi eorū, et dorſum eorū incuruatur, Pſal. LXVIII. In ſecunda parte ſententiæ declarat qualis ſit qui uacat ſcientia. Velox pedibus, hoc eſt, cæcus ruit aliàs ad iuſtitias carnis, & hypocriſin putat eſſe cultum Dei, aliàs in alia uicia, hic eſt ſpiritus uertiginis in ipſis, Eſa. XIX.

Qui non reguntur uerbo, non poſſunt non cadere.

Stultitia hoīs ſupplātat greſſus eius

Impietas ſeducit à uia, & uocat malum bonum & tenebras lucem. Eſtq; minatus Eſaias VIII. cap. Quod ſi dixerint iuxta uerbū hoc, non erit eis matutina lux. Fructus impietatis proprius eſt, fremere aduerſus iudicium & uoluntatē Dei in tentatione, ſicut Saul iraſcebatur iudicio Dei præferētis Dauidem, Cayn quom præferretur Abel, Iſraelitæ murmurāt quoties tentantur. Econtra, gaudium

requirit

requirit Apoſtolus, cũ inquit, Pax Dei in cordibus ueſtris regnet &c. Eſtq; hæc neceſſaria paræneſis, ut in tentatione meminerimus excutere moleſtiam, & fremitum carnis aduerſus uoluntatem Domini, ſicut Dauid dicebat, Si dixerit mihi non places, præſto ſum.

Diuitiæ addunt amicos plurimos.

Ipſe lauat pedes noſtros, nõ nos ipſi. Huc pertinet quoq; Pſal. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ, totus Pſal. eſt de ſcandalo crucis. Translata eſt ſententia à comunibus rebus ad ſpiritualia. Diuites magnifiunt, pauperes autem contemnuntur.

Teſtis falſus non erit impunitus

Contra ſcandalum proſperitatis carnalis.

Hæc ſententia repetitur ſæpe, ut armemur contra ſcandalũ proſperitatis carnalis, multi .n. mendatio, mercatu, calumniando iure, diteſcunt, quorum fœlicitas eſt ſcandalo Chriſtianis non ſatis confirmatis, Iſta ſollicitãt nos & agitãt. Ad ſpiritualia, mẽdacia ſunt cultus illi Dei ficti per hypocritas Canonicos etc. Illi ſentiũt deo placere hæc, ut Saul ſentiebat Deo placere ſuũ regnũ. Tu igitur pie, ſi

uideas hos melius habere, illi uincant, triumphēt, non moueare tu, noli à Deo *ideo deſciſcere.*

Multi colunt perſonam diuitis.

Ficta charitas *Charitas non quærit quæ ſua ſunt, humana aūt iuſtitia quærit quæ ſua ſūt, id eſt, natura ita ſumus, contendimus ad eos unde ſpes ſit ſtabiliendi cōditionem noſtrā, quos ſperamus nobis profuturos, tendimus ad huiuſmodi conditiones & amicos, ubi inclareſcamus. Illis enim fidimus, his nos committimus.* Nullus *eſt homo qui non quærat aliquem, cuius fauore ſperat ſe ſaluum fore.*

Fratres hominis pauperis, oderunt eum

Turpe dictu eſt, Vulgus *amicicias inutilitate probat.*

Pauper P*auperē autē uocat quoq;, qui eſt abiectus, qui male audit hominū iudicio.* Et *huiuſmodi eſt* Chriſtus *in membris ſuis, nam ridetur à mundo,* Euangelium *eſt ſtultitia gentibus.* Item *populus iuſtitiæ uel legis eum non recipit.* Et *iuſtificati ſunt filij à ſapiētia ſua, ſcilicet ne filij quidē iuſtitiæ probauerunt & acceperunt iuſtitiam* Dei.

Qui

Qui tantũm uerba ſectatur, nihil habebit

Id eſt, Verboſus nihil habebit. Vel, Sectans ea quæ ſolent in ſpeciem uulgo iactari. Et conuenit cum illo ſupra decimoquarto, Vbi plurima uerba &c. Vill geſchreyß vnd wenig wollen. Sed hæc translata ſunt ad ſpiritualia, nihili homines ſunt illi Thraſones uel Iactatores, hypocriſis eſt uere Thraſonica, illa uere iactat ſe, quæ ſua opera ualere ad iuſtitiam putat.

Hypocriſis thraſonica

Qui poſſeſſor eſt cordis, diligit animam, id eſt, uitã ſuam

Id eſt, qui non ſectatur uerba, ſed cor regit & cuſtodit, non admittit hypocriticam doctrinam.

Non decent ſtultũ delitiæ. Vel.

Non ſunt in ſtulto iucundæ delitiæ, tantum abeſt ut iucundum ſit, ſeruum dominari principibus. Id eſt, ſi ſtulto nimium permiſeris tumultuari, incipiet & furere. Sic etiã, ſi ſeruo nimium permiſeris, obuertet Domino cornua.

Populus legis

Docet hæc ſententia primum Politian, popu-

lum legis eſſe uirga regendum, ut in Ecclesi. uigeſimo tertio ſcriptum eſt, cibaria uirga & onus aſino. Panis & diſciplina & opus ſeruo. Sic etiam in Sanctis præſtandum eſt, ne nimium carni permittatur, ut Apoſtolus prima Corinth. IX. inquit. Caſtigo corpus meum &c. Itaq; nec in ſtulto iucundæ ſunt delitiæ, id eſt nõ prodeſt carni indulgere, ne dominetur, & redeat ad uomitum.

Tarde iraſcendũ eſſe

Prudens homo trade iraſcitur; & gloria eius ẽ delictũ diſſimulare.

Id eſt, patienter ferre, quom gloriam mundi ſit uindicare, gloria CHRISTI eſt cedere furori mundi, & crucifigi.

Conuenit cum illa, Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia. Bifariam uero iraſcimur, cũ aduerſi aliquid acciderit, primo hominibus, qui nobis mala intulerunt, ſecundo Deo, quom nõ credimus eum habere noſtri curã, quod factum eſt in Iſrahelitis, qui primo Aaron et Moyſi iraſcebãtur, contra exemplum habes de Dauid & Semeia, homo .n. prudens neq; Deo neq; hominibus iraſcitur.

Sicut fremitus leonis, ita et regis ira

Princeps eſt flagitioſis tanq̃ fremẽs leo, & ob noxijs in

noxijs iniuriæ, quom defendit eſt tanq̃ ros.

Dolor patris filius ſtultus.

Quaſi dicat, non inops, ſed ſtultus eſt ei dolori, quia Dominus benedicit, adeſt prudenti, regit. Dicit enim Pſalmo, Nõ uidi iuſtum derelictũ. Eſt autem ſtultitia quã taxat in Cam, Eſau, Abſolon, quamuis induſtrij fuerint humana prudentia. **Stultitia filij.**

Stilla aſſidua, litigioſa mulier.

Id eſt, Incommoda. Similitudo accepta eſt à rebus humanis. ædibus enim incommod[illegible]r, ſicubi per tectum deſtillat pluuia.

Domus & diuitiæ hæreditas parentũ, ſolus autem dominus offert mulierem prudentem.

Inuenire mulierem prudentem, eſt ſentire, uoluntatis Dei eſſe, habere eam quæ contigit. **Inuenire mulierem.**

Pigredo immittit ocium, et anima ocioſa eſuriet.

Sicut ſupra dictum eſt, Dominum benedicere laboribus noſtris. Maledixit Dominus terræ, Ideo per naturam eius, & noſtro labore non producit fructum, ſed benedictione Domini prouenit.

Laborandum uero eſt, quia DOMINI

uoluntas, ſiue terra producat, ſiue nõ producat.

Qui cuſtodit mandatũ .ſ. dei, uiuet.

Quia Verbum Dei uita eſt. Qui turpia committit, morietur.

Committunt turpia, qui furũt ſuis adfectibus uel libidinis uel auaritiæ, ita et hypocriſis eſt turpitudo coram Deo.

Hanc ſententiã inſculptã oportuit diuitibus

Fœnerabit domino .i. mutuo dabit qui miſeret̃ pauperis, & retribuetur ei.

Eſt quod in Euangelio dicitur, Quod uni ex minimis meis feceritis &c. Non dicit amici, ſed pauperis.

Non ſæuiendum eſſe

Erudi filium tuum, & expecta,

Monet poteſtates, ut mulctent & puniant, cum modo & ratione quadam, & præſertim faciat id Eccleſiaſtica poteſtas.

Expecta, id eſt, nõ ſtatim ſæuias, ne ſtatim damnes, ſed allicies eum ad pœnitentiam, & non ad interfectionem, id eſt, ne occidas eum. Lege mandatum

datum erat, ut ſi patri filius auſcultare nollet, ad duceretur ad Magiſtratus, & per hos nearetur, non per patrem, uti gentes faciunt. *Antiquus mos*

Ingens ira dabit damnũ, ſi erum pat „augeſcet ſcilicet ira.

Impatiens declarat ſtultitiam ſuam. Cohercendã eſſe iram

Sententia eſt, niſi coherceas iram, augeſcet, ubi laxaueris frenum iracũdiæ, quid futurum eſt, niſi ut ſubinde aliud ex alio damnũ des, ſic Saul multos ſacerdotes interfecit. Augeſcit, id eſt, non uno damno contenta eſt ira.

Audi conſiliũ &c. Vt ſis ſapiens in nouiſſimis tuis.

Id eſt, in poſterioribus tuis, id eſt, poſteaq̃ ceperis, recte pergas, nec cædas Satanæ locum, oppugnanti te in medio curſu. Sicut bene ceperat Saul, ſed poſteaq̃ inflatus eſt, cecidit. Bene ceperat Solomon & Ezechias, tamen poſtea impegerunt. Diſciplinã, *id eſt, mortificationem, quæ arceat ſuperbiam.* Nouiſſima

Multæ cogitationes in corde.

Multa proponuntur à carne & mundo, tamen

Voluntas Domini ſtabilis eſt Pſal. 32.

uoluntás Domini ſtat, & immobilis permanet. Ita quamuis homines oppugnent Euangelium, fruſtrantur.

Homo indigens miſericors eſt.

Miſericordes

Ex Hæbr. Ornat hominem miſericordia eius. Vel. Decora eſt homini miſericordia eius, quia dictum eſt, Beati miſericordes, quoniam miſericordiam conſequentur.

Melior eſt pauꝑ iuſtũs, q̃ uir mẽdax

Id eſt, hypocrita qui coram mundo floret.

Timor domini ad uitam, & in ſaturitate commorabitur abſq; uiſitatione peſſima.

Quaſi dicat, quamuis aliquandiu impij bene habeant, tamen non durabit perpetuo. Timor Domini, qui in ſpeciem eſt mortificatio, uiuificat.

Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella &c.

Ignaui

Sunt pigri omnes illi, qui non faciunt officia ſuæ uocationis.

Immitti

Immitti manum in ſinum, eſt captare ocioſum & iucundum genus uitæ, fugere crucem: quemadmodum illi deſcripti ſunt Amos ſexto, Dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis.

Nec applicat manum ad os

Id eſt, non ſudat, nō laborat in uerbo, non patitur pro uerbo.

Deriſore uel ſubſannatore flagellato, imperitus ſapientior erit.

Exemplo aliorum ſapiendum eſſe.

Id eſt, Dominus flagellat ſubſannatorem, ut admoneat imperitos. Si autē corripueris ſapientem, intelliget ſapientiam, hoc eſt, affliguntur nō impij tantum, ſed Pij etiam. Impij ut ſint exemplo impietatis. Pij ut confirmentur, ut in Epiſt. Petri, Iudicium à domo Dei incipit: hæc eſt uexatio quæ dat intellectum, Eſaiæ uigeſimo nono.

Qui adfligit patrem &c.

Id eſt, Qui non honorat parentes, hunc perſequetur Dominus, ut in Abſolone factū eſſe cernis.

Ceſſa audire fili doctrinam ſeducentem a ſermonibus ſcientiæ.

Id eſt, uita doctrinã hypocriticam, ad legem & ad teſtimonium magis.

Teſtis iniquus ſubſannat iudiciũ

Sic etiam pietatem & uerbum. Et os impiorũ deuorat, cælat, iniquitatem, tegit mala, nouit fucare ea.

Parata ſunt deriſoribus iudicia.

Id eſt, tametſi bene habeãt aliquandiu, tamen corripientur.

FINIS.

CAP. XX.

Subſannatores facit uinum; & tumultuoſa res ebrietas.

Vino ſubſannatores fieri

MIRA SENTENTIA *quod uinum faciat ſubſannatores. Eſt autem plane illi ſimile, quod Matthæi uigeſimo quarto dicit Domi nus de ſeruo malo, perpotante cũ ebrioſis, Is inquit, moram*

moram facit Dominus, quæ uox ſecuri hominis eſt, & contemnentis iudicium Dei. Et *Lucæ uigeſimo primo. Cauete ne corda ueſtra crapula grauētur.* Et *Oſeæ quarto, Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor. Infra capite uigeſimo quarto.* Eris *ſicut dormiens in medio mari: quæ ſententiæ omnes id agunt, ut moneāt, crapulam adducere ſecuritatem, contemptum diuini iudicij, & tanquam ſomnum quendam, ubi nec penſi habeatur Verbum Dei, nec audiatur, ut Oſeas inquit. Sicut uacca laſciuiens declinauit Ieruſalem, id eſt, obruta donis Dei cepit laſciuire & contemnere Deū. Quare dixit Eccleſiaſtes capite ſeptimo, Melius eſt ire ad domū luctus q̄ ad domum conuiuij.* Et *paulopoſt Cor ſtultorum eſt, ubi lætitia eſt, qua ſententia ſecuritas carnalis grauiter taxatur.* Habes *quid ſit uino ſubſannatores fieri.* Sequitur *tumultuoſa ebrietas, præter ea quæ in uniuerſum de animalibus uentris dicta ſunt, præſens etiam crapula carnem inflāmat, ut ibi locus eſſe Deo nequeat, æſtuante & furente carne.* Ideo Paulus ait, Epheſios quinto *Nolite inebriari uino, in quo eſt fœditas, quo tāq̄ crudi et fœdi reddūtur animi, & inepti ad res ſpirituales.* Habes *quid tumultuoſum dixerit* Solomon. Ebrietas

Sicut rugitus leonis &c.

Conuenit cum ſententia ſuperiore, commendatur nobis maieſtas Magiſtratuū, non ſolum metuat Principes propter iram, ſed propter conſcientiam etiam, nam Deus illis dedit gladium, & ita ordinauit.

Gloria eſt hoī uacare a contentione

Vacandum eſſe à contentionibus.

Mundus putat ſe regnaturum potētia, at Deus dicit tantum ſaluari mites corde. Et præcipue moneantur de doctrina, ne diſceptemus de inanibus rebus, ut purgatorio, de animabus. Satis eſt nobis, ſcire Dominum iudicaturum eſſe uniuerſam carnē. De conditione animarum, & loco ubi ſint, inaniſſimum eſt inquirere. Item de corpore CHRISTI, utrum panes transſubſtantientur, nugæ ſunt, & omittendæ ſunt contentiones illæ.

Omnes autem ſtulti miſcentur. contumeliis.

Ex Hebr. Omnis ſtulti conuitiantur.

Propter frigus piger arare noluit men

luit, mēdicabit, & nõ dabitur illi.

Qui enim non laborat, nõ manducet: intellige per frigus fugam laboris & fugam crucis. Frigus

Sicut aqua profunda &c.

Eſt quod Paulus dicit, ſpiritualis iudicat oīa, hæc eſt ſententia, eſt quidē prudentia humana calli da & uafra, ſed ſpiritus deprehendit tamē, ut Ab=diæ, inueſtigauerunt abſcondita Eſau. Hypocriſis fucat ſe operibus ſanctorum, ſed tamen deprehen=ditur à ſpiritu. Sic Manaſſe filios ſuos igne con=ſumpſit & interfecit, uidens opera Abrahæ. Iudicium ſpiritus

Multi homines miſericordes uocantur, & cætera.

Id eſt, Multi fauent ſecundis ſuis rebus, & iu=uant interea dum eſt benefaciendi alijs locus, ſed ubi ipſi quoq; periclitantur, muſſant. Et miſeren=tur quidem aliorum, ſed præ metu deſerunt. Id accidit maxime in miniſtris Verbi & ipſo CHRI=STO. *Sunt enim qui cū gaudio Verbum accipiunt, in tentatione uero recedūt,* Matth. XIII. *Atq; ibi nonnūq̃ etiā de ipſo uerbo, & offenſi prorſus omnē*

mittunt uerbũ, ut illi Iohannis ſexto. Hic uides ut conſiſtere poſſunt hi, qui adducti hominum auctoritate credunt. redit enim tandem eô res, ut uideantur damnare aut ſaltem deſerere omnes ij, de quibus bene ſentiebas. Quare Micheas inquit. Nolite credere amico &c. Ego autem ad Dominũ aſpiciam, expectabo Deum ſaluatorem meũ. Item Dum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Cõuenit cum lege, Faciens miſericordiam in multa milia, & cum Pſalmo trigeſimo ſexto, Nõ uidi iuſtum derelictum.

Iuſtus qui ambulat in integritate ſua

Integrum quid ſit

Integrum pecus, quod non eſt maculoſum, ſcabioſum, cæcum, claudum. Sic integrum dicimus, qui habet ſanam & rectam opinionem de Deo, ut uere credat, & uere timeat Deum.

Hypocriſis dicit ſe noſcere Deum, ſed mẽtitur, nam eſt reproba ad omne opus bonũ, ut Saul omnia præſumebat, quom fuſus eſſet exercitus per eũ. Sic hypocriſis aut deſperat aut præſumit.

Rex qui ſedet in ſolio iudicii &c.

Admonet reges officij ſui, omnes qui præſunt ut ſedeant

ut ſedeant in ſolio iudicij, ut iudicent.

Cum adminiſtrat rex iudicium, tum præſentia ſua diſſipat omnia mala, quaſi dicat, non eſt hoc regis officium ſubducere ſe à conſpectu reipublicæ, ſed oportet eum inſpectorem eſſe omnium rerum. *Officium regis.*

Abſentia regis peſſundabit rempublicam, ſed præſentia fortunabit. Epiſcopi inſpectores dicuntur, ipſi debēt eſſe formidabiles ſatanæ, ut certe ſunt.

Rebus publicis debent præſentes adeſſe principes, ſic etiam in Eccleſiaſtica adminiſtratione debent præſto eſſe Eccleſiæ, non dormire, ut Matth. decimo tertio, Quom dormirent..

Quis poteſt dicere, mūdum eſt cor meum.

Omnis homo mendax

Conuenit cum illa Hieremiæ decimo ſeptimo. Prauū eſt cor hominis & inſcrutabile &c. Hypocriſis non iudicat omnia opera bona eſſe peccata, ſed tantum ea quæ inciuiliter facta ſunt, ut ſunt fructus peccati. Sancti autem qui cognoſcunt carnem eſſe maledictam, ij omnia opera quantumuis in ſpeciem ſplendida, quia per carnem contaminata, etiam à ſpiritu Dei facta, iudicant eſſe peccata.

Pondus & pondus

Id eſt, Deus abominatur corruptum iudicium, quod non fit per Verbum ſuum.

Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer

Studia ſignificant uitæ conſuetudinē, & conuerſationem, ubi apparet quid delectet, quid offendat, Sicut Eſau deſcribitur uenādi gnarus, et Iacob commoratus in tabernaculis, ubi ſignificat Eſau ſocietatem impiorum hominum, & ea ſtudia ſolitum eſſe probare, unde ipſi laudem quærebant. Nam uenatio rem militarem complectitur. Econtra Iacob, quom domi commoratur, abhorret à gentis ſtudijs & conſuetudine. Sic in Abſolon ſecundo Reg. decimo quinto Tyrannicorū morū ſignificatio eſt, quom ſatellites conducit, & blanditur multitudini. Diuerſa omnia in Samuele, Timotheo. Ita fit ferè, mirifice gaudent conuictu eiuſmodi ſodalium Iuuenes, qui non multam pietatis, ſed aliarum iucundarum rerum mentionem faciant. Captant huiuſmodi iucundam ſodalitatem, ad eius mores ſe comparant, faſtidiunt & fugiunt triſtem ſodalitatem. Hæ ſignificationes ſunt impij cordis, uultq; ex his ſtudijs æſtimari cor Solomon po

Deſyderia Iuuenilia

lomon potius, quàm ex operibus, quod hæc ſtudia ſint in hypocritis etiam, opera quæ palam reprehendi poſſint, ſunt in paucioribus. Paulus uno Verbo complexus eſt, Deſyderia iuuenilia.

Auris audit, & oculus uidet, & dominus facit utrunq;.

Quemadmodum ſupra dixit, à Domino *ſermo linguæ, & Dominus dirigit greſſus, decimo ſexto. Ita hic docet* Domini *opera & audire & uidere. Sequitur itaq; noſtris uiribus fruſtra nos fidere, quandoquidē omnes noſtræ cogitationes, omnia etiam opera noſtra ſunt in manu domini.* Et *fides erigitur, quom ſentimus, non poſſe nos, neq; alieno arbitrio lædi, neq; perire, niſi id efficiente* Domino.

Dominum *omnia facere.*

Noli diligere ſomnū, ne te ægeſtas opprimat. Aperi oculos tuos.

Id eſt, expergeſias & eſto prouidus. Quando non uigilamus, & ſudamus uerbo, tum Satan nos obruit.

Malũ eſt, malũ ẽ, dicit oĩs emptor.

Faſtidium donorum

Vt emptores ſolent improbare & tamẽ cupere, Sic in uita fit, improbamus dona & opera Dei, nihil ſatis eſt, nulla conditio placet, & cum eripiuntur, dolemus, frui uolumus & faſtidimus tamen. Porro oportuit tolerare uoluntatem Dei, et agnoſcere in donis Dei uoluntatem eius. Sicut ſupra de gaudio ſpirituali dictum eſt, nõ res, ſed uoluntatem Dei in rebus ſpectandam eſſe.

Eſt aurũ, *Fontem uitæ eſſe Euangelium, Illud enim præſtat auro & gemmis, id eſt, nihil eſt gratioſius bono nuncio, & oportuno uerbo. Si conſciẽtiam ſoleris eo nuncio, quod Chriſtus ſit pro nobis paſſus, tum id eſt præcioſius conſcientiæ q̃ quicquam aliud.*

Vana fiducia

Tolle ueſtimentum.i. *Nemini eſt fidendum. Sententia eſt, accipe rem præſentem, non crede illi, ſed diffide, non prohibetur opus charitatis, ſed fiducia in hominẽ prohibetur, Deus uult reuocari nos ab hominibus ad ſe. Hæc ſententia eſt omnium uerſiculorum de nõ ſpondendo, & pignoribus.*

Suauis eſt homini panis mẽdax.

Id eſt, omnia carnalia conſilia, omnis carnalis doctrina dulcis eſt. Caro in omnibus adinuentionibus ſuis delectatur, & cultum Dei opera eſſe æſtimat, quibus peractis ſecuritas carnalis ſequitur. Nihil enim putat eſſe quo coargui poſſit, ratio nõ timet.

Et poſtea replebit os eius aranea

Hoc eſt, carnalis doctrina perdet, quia quom tandem Dominus iudicat, reuelatur, ſic Hieremiæ quinto, in fine Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacerdotes applaudebãt manibus, et populus meus dilexit talia, quid igitur fiet in nouiſſimis eius?

Cogitationes conſilio confirma, & induſtria tractanda ſunt bella.

Induſtria & conſilio oĩa gerenda eſſe

Non ui. Vis non uincet, ſic infra capite uigeſimo primo. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens. Eſt autẽ conſilium quod dat ſapientia, quod à Verbo Dei accipitur. Ideo Eſaiæ octauo cap. inquit. Ad legem magis & ad teſtimonium &c. Porrò

conſilio & induſtria ſignificari manũ Domini, ap paret in ſequẽti ſententia. Defluxit robur fiduciæ eius, id eſt, quicqd fuit, quo confiſus eſt fortis ille, id euertit ſapiens, atq; adeo etiam carnalia illius fortis conſilia. Sunt omnia reuocata à conſilijs hu manis, & translata ad manum Domini, quando adeſt ipſe conſultando, uincimus, quando abeſt, uincimur.

Reuelat arcanum ſuſurro, & ne commiſcearis ei, qui fallit labiis ſuis

Suſurrones *Suſurrones ſunt impij conſultores, qui uel Ver bum calumniantur uel doctores, ut à uerbo alienẽt Eccleſiam. De quibus Chriſtus in Euangelio. Ca uete à pſeudoprophetis, qui ueniũt ad uos in ueſti mentis ouium. Suſurrones infirmitatem calumni antur, hoc eſt, quicquid eſt obnoxiũ infirmitati, ſcilicet Chriſti mortem, quod ad publicanos diuer tit. Et Simon, quod mulierculam admiſerit Domi nus, neſcij, quàm uelit Dominus deiectionem.*

Qui maledicit patri ſuo &c

Hoc eſt, Honora patrẽ & matrẽ ſi uis bene ha bere. Iubet uero honorare, qđ plus eſt q̃ ſeruire.

Extingue

Extinguetur lumen eius in me-diis tenebris.

Hoc eſt, Subito eum obruent tenebræ. *Subitum improuiſum ſcriptura uocat, quod ca ro non præuidet, unde Pſalmo, Vidi impiũ ſuper exaltatum &c. Tranſiui & ecce non erat.*

Hæreditas ad quam feſtinaẽ etc.

Supra capite tredecimo. Subſtantia feſti-nata prodigalitate, minuetur. Damnat prodigali-tatem & impiam profuſionem. Etiam ſucceſſu nos excæcari & inflari, id eſt, Succeſſus nimius in principio, benedictione in fine carebit, quia Dominus nõ glorificat niſi prius humiliatos. Itaq; fit neceſſario, ut qui exaltantur ſine cruce, gra-uius ruant.

Ne dicas reddam malum pro malo.

Hæc ſententia palàm uindictã uetat. Lex enim dicit, Nõ concupiſces. Item, dilige proximum ſicut teipſum. Non ſolum uindictam uetat, ſed conſo latur etiam imbecilles, qui offenduntur ſcandalo fœlicium, qui ſæuiunt in ſanctos. Id eſt, quod ſub ijcit, Expecta Dominum, & liberabit te. Vindictam uetat

Similis locus eſt Hæbr. decimo, Adbuc modicum, & qui uenturus eſt ueniet, & non tardabit.

Abominatio eſt apud deum pondus, & cætera.

Idem eſt cũ ſuperiori ſententia, Pondus & pondus, ubi iniquum quod non ſecundum Verbum Dei fit, damnat iudiciũ, ut hodie nemo non uult docere, clamare aut contra aut pro Euangelio. Illud autem peruerſe fit iudicio.

A domino diriguntur greſſus uiri

In fide duo ſunt

Duo monentur hic, ubi naturam fide graphice depingit. Nam in fide duo hæc inſunt, certũ quiddam, & quiddam incertum. Gratia eſt certa, ſed modus operis eſt incertus, Sicut Abrahã certo ſcit fore ſibi poſteritatem, ſed modus quo id fiat eſt incertus. Vxor eſt ſterilis, & poſtq̃ natus eſt filius, iubetur occidi. De uoluntate nihil fuit dubitandũ, quin fieret quod promiſſum erat, tametſi proſpicere exitum aut modum non poſſet. Non res ſed uoluntatem Dei ſpectat fides. Ita ad mare rubrũ ſciebat Moſes adeſſe Dominũ, nec dubitabat quin populũ erepturus eſſet, tametſi quia id ratione fieret, non

ret non præuideret, ſic nobis certam eſſe oportet uoluntatem, quod adſit, quod miſereatur, Sed quo modo ſit acturus, quomodo ſit ſeruaturus, relinquamus eius conſilio. Sic Paulus Roma. octauo, Spes quæ uidetur non eſt ſpes: & Iohannis ulti. Ducet te quo non uoles. Eſt itaq; hæc ſententia. certum eſt Dominũ adeſſe, & greſſus noſtros regere. Hoc fides complectitur, hoc fidei certũ eſt, ſed uias ipſas non intelligimus, non præuidemus, non præſcribimus ei quomodo aut quorſum nos ducat.

Ruina eſt homini deuotare ſanctos.

Vſi ſunt hoc loco pro probatiõe uotorũ, quom totus ſit contra uota. Vetuſta exemplaria habent deuorare, non deuotare. Abhorruit quidam ſcio lus deuorandos ſanctos, ideo mutauit. *Sacrificia damnantur*

In Hæbr. Ruina eſt homini contumeliam facere ſancto uel contumelia adficere ſancta, & poſtea ſacrificijs expiare.

Idem monet quod Hiere. ſeptimo. Non præcepi de holocauſtomatis. Et Pſalmo quadrageſimo nono Non in ſacrificijs tuis arguam te. Et Michea ſexto. Nunquid offeram ei holocauſtomata. Et Oſeæ ſexto

Miſericordiam uolo, non ſacrificiũ, & ſcientiam Dei magis q̃ holocauſta. Et primo Regum decimo quinto. *Melior eſt obedientia q̃ uictimæ.* Porrò *ſic eſt hypocriſis, Impudenter peccat quom uentri ſeruit aut gloriæ ſuæ. Item laborat inuidentia, auaritia, & ſimilibus uitijs, & tamẽ facit ſacrificia, quibus ſacrificijs putat ſe iuſtificari. Sed hæc ſacrificia cum hac ſententia damnantur, Ruina eſt homini contumelia adficere ſancta, & poſtea ſacrificijs expiare. Tum ſuperior illa damnat. Victimæ impiorum abominabiles* Domino. Et *Chriſtus* Matthæi *uigeſimo tertio. Colantes culicem, camelum autem glutinantes.* Monet autem *hæc ſententia in uniuerſum, peccatum non deleri noſtris operibus.*

Sancta contumelia adficere eſt, cõtemnere Verbum & uoluntatem Dei, *id quod maxime faciunt, qui omiſſo* Verbo Dei *inſtituunt nouum modum iuſtificationis, ut ordines, & opera.*

Diſſipat impios rex ſapiens.

Quæ rex caueat — *Hæc ſententia monet quid potiſſimum oporteat cauere regem, non uim, non hoſtes, non uulgi iudicium aut motus, ſed impios, hoc eſt, impiorum*

conſilia

conſilia, quales ſunt cōſiliarij regis Ioakim, Hiere. uigeſimo ſexto. Et regis Achab pſeudoprophetæ, quinto Regum uigeſimoſecundo. Huc pertinet quod infra dicit cap. uigeſimoquinto. Aufer impietatem à uultu regis. Eſt autem potiſſimum impia doctrina cauenda in Eccleſia, ne coacti metu humano conniueamus ad impietatem. Sicut Aaron Exodi trigeſimo ſecundo, motus uulgi metuit, ideo conceſſit ut uitulum conflaret & adoraret.

Et impellit contra eos rotam.

Id eſt, perdit eos, facit ut impietas ſit eis exitio, quemadmodum Iehu occidit ſacerdotes Baal.

Exultatio uel potius corona iuuenum, fortitudo eorum &c.

Diſtinguit iuuenum prærogatiuam à prærogatiua ſenum, hoc modo, Iuuenibus tribui robur, ſenibus maieſtatem. Quaſi ſic dicat. Vide quid præceptum ſit, Lex Leuitici decimo nono dicit, Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum. Ibi mandatū eſt, ut reuerearis ſenē. Et robur iuuenile ſenū auctoritati ſubijcitur. Sic in Eccleſia ſenibus, id eſt, doctoribus parcāt robuſti, & ſuum robur moderentur Prærogatiua iuuenum

ex uolũtate ſeniorum, quemadmodum & Apoſto lorum robur moderatur Chriſtus, quom interrogant, an uelit igne cœleſti perdi Samariã &c. Ita uetat etiam Apoſtolus Neophytum Epiſcopum eligi, ne infletur.

Lucerna domini ſpiraculũ hoĩs.

Secreta uentris

Potius ſpiritus hominis, hoc eſt, ſpiritus qui eſt lux domini iudicat oĩa, quaſi dicat, caueri inſidiæ humanæ ſapiẽtiæ nõ poſſunt, niſi luce Domini: quod nos ſecreta uentris, Hebræi penetralia & penitiora, uocant.

Miſericordia & ueritas cuſtodiunt regem,

Hæc eſt miſericordia, ſi meminerit præſtare charitatem, ſi non quærat ſua. Impius rex gloriã ſuam, non Dei, quærit. Ideo nec ſalutem ſuorum. Sic Roboam quando cepit tyrannice imperare, populi deſciuerunt ab eo. Et eſt ſimilis illi ſententiæ Beati mites &c.

Cruce nos excoquimur

Liuor uulneris abſtergit mala.

Eſt & hæc ſententia crucis commendatio, ut ſciamus

amus uoluntatē Domini eſſe, quom cruciamur, ut emēdemur, nō pereamus, ideo ait, Liuore uulneris ſanari malum, ut eſt illud, Malo accepto ſtultus ſapit. Pleriq; enim non ſanantur niſi malo docti & coacti. Ideo Oſeæ ſecundo ait, ſe punıturum ſynagogam tantiſper, dum dicat, uadā & reuertar ad uirum meum priorē. Simili eſt illi quod eſt apud Apoſtolū, quom iudicamur à Domino, corripimur, ne cū hoc mundo damnemur. Et Hiere. uigeſimo nono. Cogitationes pacis non adflictionis. Crux nos excoquit.

FINIS.

CAP. XXI.

Sicut uarii ſunt maris motus, fluctus, & procellæ, ita uaria ſunt propoſita in animis ſapientum.

Sentētia prædeſtinationis

SICVT FLVMINA cò ducũtur, quo dirigit Dominus, ita cor & conſilia regis quo Dominus inclinat & inflectit. Hic duo nota. Primum conſilia noſtra eſſe irrita, et uenire res non quemadmodum nos conſultamus &c.

Secundum, ea fieri ad quæ Dominus detorſerit corda. Eſtq; hæc ſententia de prædeſtinatiõe Dei, quæ non tollit timorem Dei, ſed inſerit timorem, nec aufert fidem, ſed auget. Impius dicit, ſi omnia præter meam uoluntatẽ ueniunt, non erit ut timeam uel fidam &c.

Pius uero ait, Quia omnia in manu Dei ſunt, Ipſe omnibus rebus gerendis præſens eſt, non eſt quod dubitẽ, quin me uideat, regat, ſecundũ ſuam bonã uoluntatẽ, confido, & ſcio me nõ deſerturũ.

Oĩs uia uiri recta ſibi uidetur.

Similis eſt ſuperiori, Caro probat ſua conſilia carnalia, ſua genera uitæ. Nemo eſt qui non probet ſuum genus uitæ. Quiſq; ſe putat minus peccare in ſuo ſtatu, probat ſua opera, iuſtificat ſe etc.

Sic .n. habet hypocriſis, nec aliter iudicare poteſt. Sic Iudæi optimos ſanctiſſimos & ſapientiſſimos iudicabant. Hinc Dominus obiurgans eos dicit. Si cæci eſſetis, peccatum non haberetis, Iohan. nono.

Appendit autē corda dominus.

Conſilia humana ſentiunt res exituras quemad modū nos conſtituimus, Dominus aūt abſoluit res pro ſuo arbitrio, nō noſtro, dirigit, fortunat, &c. Et uincit quom iudicatur, Pſalmo L. In ſumma, nos natura probamus, Dominus autem abſoluit.

Facere miſericordiā & iudicium.

Facere iuſtitiā, eſt probare probanda, Facere iudiciū, eſt damnare damnanda. Solomon iudiciū & iuſtitiā fecit. Iuſtitiam, quando puerū tradidit matri cuius erat. Et iudiciū, quādo damnauit eam quæ falſo accuſauit. Sic Iehu iudiciū fecit quando occidit pſeudoprophetas: Iuſtitiam quādo ſanctos ſeruauit Prophetas. Ita iubet nos ſcriptura facere iudiciū & iuſtitiam, id eſt, iuſtificat iuſta, & damnat iniuſta. Hoc autem facit ſpiritus Dei in nobis qui omnia dijudicat. Hypocriſis ſentit contra, opera eſſe cultum Dei. Et iuſtitiam ac iudicium ignorat, immo iuſtificat iniuſta, & damnat iuſta.

facere iuſtitiā
facere iudiciū

Sublimes oculi, latum cor, lu-
cerna impiorum eſt peccatũ

Magna cupere, audere cupiditate impiarum rerum, iſti ſunt ſublimes oculi, id eſt, faſtidire humilitatem crucis & contemnere hæc.

Latum cor, in Iob, Oculi eius ut palpebræ diluculi, ſic iſtorum oculi ſunt inſatiabiles, nihil eſt eis ſatis.

Lucerna, id eſt, gloria, ſapientia, Ne ſectare ea quæ mundus ſectatur, noli mirari ea quæ miratur mundus, ut uoluptates, gloriam &c.

Cogitationes ſeduli ſemper in ab
undantia, oĩs aũt uelox in egeſtate ẽ

Sedulitas in aduerſis

Sedulitas pergit etiam in cruce, quoin aduerſatur mundus, Sicut Moſes pergit, etiam deſperantibus ipſis Iſraelitis, caro enim ardet & audet ſecundis rebus, in cruce ſuccumbit.

Qui congregat theſauros &c.

Quocunq; modo quis mentiatur aut calumnietur ut diteſcat, hic uanus fiet, id eſt, ne hoc quidem conſequetur quod habet, ſui conatus fient irriti. Immo etiam incidet in mortem.

Rapinæ

Rapinæ impiorum &c.

Eſt ſimilis ſententia ſuperioris, id eſt, opes ipſæ erunt eis exitio, aurum Toloſſanum eſt.

Peruerſa uia uiri alieni eſt.

Id eſt, conuerſatio arguit impietatem. Quo modo? iſte hoc captat ut bene ſit ei, ut ſit in bonore, ut laute uiuat, huc ſpectat, huc tendit ſuis conſilijs tanq̃ ad ſcopum unicum, quæ eſt præfracta impietas.

Qui autem mundus eſt &c.

Id eſt, conuerſatio quoq; iudicat pietatem. In ſumma, Ex fructibus cognoſcitur arbor.

Melius eſt ſedere in angulo &c. q̃ in domo ampla.

Græci uocant domata, faſtigia, ſeu tectum. In angulo domatis, id eſt, in aliquo anguſto & parum commodo loco. Noli captare opes. Litigioſa, id eſt, moroſa, imperioſa. Intranquillus ſpiritus eſt moroſus, ſed tranquillus nõ eſt moroſus. Quædam mulieres ſunt bonæ, ſed moroſæ. Quædam

faciles, ſed non modeſtæ. Vbi non eſt pietas, ibi eſt intranquillus ſpiritus.

Sæpe huius meretricis, id eſt, impietatis fit mentio in Prophetis. Eſt autem ipſa ratio, quæ nobis oſtendit gloriam, opes, & ſuadet ut illa ſequamur, hypocriſis ſemper eſt rixatrix.

Anima impii deſyderat malum.

Deſcripta eſt natura hypocriſis et humanæ prudentiæ, quæ non poteſt non faſtidire præ ſe reliquos, ut Chriſtus inquit. Ego ſum opprobriū hominum & abiectio plebis, Sic Pilatus quia nō putat referre uilem homunculum occidere, cedit iudæis & obſequitur.

Mulctato ſubſannatore.

Duplices adflictiones ſunt, alienæ & noſtræ. Alienæ commonent pios Diuinæ uoluntatis, ut ſupra capite decimonono, Subſannatore flagellato, ſapiētior erit paruulus. Et hic, Mulctato ſubſannatore. Ideo Dominus octauo Gene. prædicit Abrahæ ſe euerſurum eſſe Sodomam. Et Chriſtus Lucæ tredecimo, uoluntatem Dei oſtendit diſcipulis mentione facta quorundam &c. (margin: *Adflictio duplex*) *Noſtræ autem*

ſtræ autem adflictiones. fiunt à miſericorde patre, etiam in profectionē & confirmationem, ut fortiores ſurgamus carne mortificata, & cum Chriſto, cui in cruce conſimiles erimus, à patre diligamur. Quos enim diligit, hos corripit.

Excogitat iuſtus de domo.

Id eſt, erudit iuſtus domū impij, ſed impij excæcātur ad malum, & non eſt gratioſus in oculis eius proximus. Impius dū erudit euangeliū, nō proficit. Paruuli enim tantum ſunt dociles. Ideo Chriſtus ait, Semen quod nō ceciderit in terrā bonā etc.

Quí obturat aurem ſuam.

Cōuenit cum ſententia capitis XIX. *Fænerabit* Domino. Et *cū ſentētia* Matth. XXV. *Eſuriui etc.*

Munus abſconditum.

Id eſt, Clandeſtinus extinguit iram. Non uult uideri palàm, qui clā corrumpitur, & munus accipit. Eſt autem hæc ſententia referenda ad omnia, quæ ab hominibus ſpectantur. Accipiunt autem munera qui famā, gloriā, opes, fauorem &c. contra ueritatem tuentur.

Gaudium iuſto, eſt facere iuditium, & cætera.

Id eſt, facere iudicium eſt ſaluti iuſto. Et exi*tium operãtibus iniquitatem, ſcilicet tametſi ij ferè uideantur gaudere, crucifiguntur autem qui faciũt iudicium.*

In eos qui aſpernantur doctrinam pietatis.

Vir qui errauerit a uia doctrinæ in cœtu gigantum commorabitur.

Id eſt, peribit, hoc eſt, ſectantur Gigantes qui aſpernantur doctrinã pietatis, & ſunt illi qui ſibi faciunt puluillos &c. Qui dicunt *Pax pax, & nõ eſt pax, ut quom opus aliquod ſplendidum fecerunt, putant ſe in iudicio* Dei *poſſe conſiſtere, & aliquid adſequi, non attendentes opera comitari gratiam, ſed quia doctrinam fidei &* Verbum *non habent,* Ideo *in uaria genera uiciorum ruũt, quæ tamen pro bonis operibus habent, ſicut uidemus contingere* Iuuenibus. Ideo *dicit* Pſalmus CXVIII. *Lucerna pedibus meis Verbum tuum.*

Qui diligit epulas in egeſtate erit.

A communibus moribus translata eſt hæc Gno*me ad*

me ad res maiores. Fit, ut qui res ſuas non ſatis diligenter curant, ut prodigant & abſumant. Præterea, utrum non licet rebus meis uti pro libito? non, ſed uidendum quod ratio ſit reddenda Deo de eis, & conuenit cum prima uigeſimi capitis.

Pro iuſto dabitur impius.

Id eſt, Impius incidet in foueam quam fecit, quom iuſtum uult euertere & perdere, ſe perdit, quas inſidias ſtruit impius, in has incidet ipſe. Pharao minatur exitiũ Iſraelitis, tamen ipſe perit, & tum, quom ferè iam actum uideretur de Iſraelitis.

Melius eſt habitare in terra deſerta.

Supra hæc ſentẽtia tractata eſt. Requirit à mulieribus ſpiritum tranquillum & modeſtum, hoc eſt, non eſſe moroſas, ſed modeſtas & pudicas.

Deſyderabilis theſaurus.

Id eſt, Dominus benedicit quidem ſapientibus, & ſapientes non diſſipant. Verum ſtulti dilapidãt etiam quærendo, quia uidelicet benedictionẽ Dei non reſpiciunt, nec ſeruiunt ſuæ uocationi.

Ciuitatem fortium &c.

Poſterior ſententiæ pars exponit priorem, opponit enim confidentiam ſapientiæ, ergo neceſſe eſt intelligi ſapientiam ſpiritualem, non carnalem, quod confidentia ſit ipſa carnalis prudentia, uidelicet, quæ uires ſuas prudenter expenderit & æſtimarit. Sic ergo ait. Ipſam confidentiam exitio eſſe hominibus, ut Pſalmo trigeſimo ſecundo. In abundantia uirtutis ſuæ non ſaluabitur. Et quadrageſimo octauo. Hæc uia illorum ſcandalum ipſis. Et Eſaiæ trigeſimo. Erit uobis fiducia umbræ ægypti in ignominiā, Et quadrageſino quinto. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum.

Sapiens, id eſt, fidens Deo. Vnde Dominus in Euangelio, Confidite, quia ego uici mundum. Item Qui confidit in Domino, non commouebitur. Deſtruxitq; robur fiduciam eius, id eſt, ipſe fidutia euertet robuſtum.

Qui cuſtodit os ſuum &c.

Prauum iudicium

Pſalmo trigeſimo tertio, primum hoc exigit, Prohibe linguā tuam à malo, et labia tua ne loquantur dolum. Vetat autem prauum iudicium tum de doctrina tum de fratribus, neq; enim poteſt fieri, quin hypocriſis ſe ad alios comparet, id quod ap

paret

paret in Phariſæo, Lucæ decimo octauo.

Temerarius ſuperbus & ſubſannator uocatᷓ, q̃ temeritatē cōmittit ĩ ira.

Hæc ſententia coercet impatientiam. Sunt autem patientes, qui grato animo ferunt tam proſpera q̃ aduerſa, qui alios ſibi præferri non ſtomachantur, ſed in omnibus Dei uoluntatem reſpiciunt. Contra fecit Saul, qui indigne ferebat Dauidem ſibi præferri. Impatientes ſunt qui iudicio Dei ſuccenſent, ſicut Saul ut ſupra. Triplici ergo nomine impatientes uocat, primo temerarios, hoc eſt, qui ulciſci pergunt etiam ſi pereundum ſit, & fruſtra rem ſuſcipiant, tamen uolunt obſequi dolori ſuo. Ideo Eſaias ait, capite trigeſimo. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. Secundo. Superbos, hoc eſt, perſeuerantes in ſua ſententia ſicut Ioſias quom admoneretur, perſeuerauit tamē, & perrexit ut dimicaret cum ægyptio. Poſtremo ſubſannatores, hoc eſt, blaſphemos. Quemadmodum Pharao dicit, Neſcio Dominum &c. Impatientes

Deſyderia occidunt pigrum.

Significat uarie uagari, uaria moliri eos qui ſuæ

uocationi non ſeruiunt. Dominus *illis non adeſt, non adſpirat.* Hoc uides in Epiſcopis, *qui nō ſerui erunt uocationi ſuæ, translati ſunt ocioſi ad domi nia, & imperia humana, ut neſciāt prorſus quid ſit* Epiſcopus, *& quid facere debeat.*

Tota die concupiſcit auarus.

Id eſt, ſaturari non poteſt, oculus carnis inſatiabilis eſt. Iuſtus retribuet, & nō ceſſabit, ſcilicet fiducia beneuolentiæ diuinæ erga ſe, effundit ſua, quod ſatis certum ſit ei non permiſſurum Dominū *ut iuſtus egeat, ideo nihil in hac ſententia commen datur q̃ charitas, & beneuolentia* Dei *erga nos.*

Prouerbium *Vulgo dicitur,* Raro *adcidere ut male parta per ueniant ad tertium hæredem.*

Hoſtiæ impiorū abominabiles, quāto magis quæ offerunt̃ p̃ ſcelus.

Hæc Gnome *hypocriſin clare damnat, quom ſua genera oblationum facit.* Alterum *in quo offe rentis cor ipſum ſeſe coarguit:* Alterū, *ubi ſeipſam fallit hypocriſis: pronunciat autem utraſq; obla tiones abominationē eſſe. Fiunt quædā, ubi palàm uētri ſeruitur, ut cum* Hieroboam *uitulos erigeret, ne ſubditi ad Iudam deſcenderent.* Huiuſmodi

ſunt,

ſunt, quæ offeruntur ex rapina & male partis, unde & Gnome hæc translata eſt. Sunt alia, ubi ſeipſam fallit hypocriſis, ſicut ſupra ait, Eſt uia quæ uidetur homini bona, & finis ad mortem ducit. Sequitur itaq;, nullam eſſe gratam oblationē, nullum bonum opus, niſi quod in Pijs fit à Domino, iuxta illud, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. *Quæ oblatio Deo grata ſit.*

Teſtis mendax peribit, & uir auſcultans ſedulo uel aſſiduo loquetur

Hoc eſt mendacium aliquando deprehendetur & coarguetur. Veritas opprimi nō poteſt, q̃uis aliquandiu periclitari uideatur. Eſt autem auſcultans, qui non prius iudicat, q̃ cognouerit, illius ſermo conſiſtet, non poterit reprobari. Sunt uero qui iudicant, quæ non intelligunt neq; legunt, ut noſtro uidemus æuo.

Obfirmat uir impietatē in uultu ſuo

Sicut Pharao quando induratur, prius cælum ruiturum cenſet, q̃ non efficere quod in animo propoſuit, ut ſunt omnes qui erubeſcere neſcierunt, quos uocat Ezechiel frontes æneas. Et Hieremias

conqueritur, Frons meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere. Qui aũt rectus eſt, dirigit uiam ſuam, id eſt, uia eius fortunatur à Domino, Es geht von ſtaten. Obfirmat, id eſt, nõ pudeſit.

Non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia

Noli confidere tuis conſilijs. Dominus eſt qui omnia dirigit ſecundum ſuum conſilium. Et conuenit cum illa decimoſexto capite, Hominis eſt animam præparare &c.

Equũs paratur ad diem belli.

Eiuſdem eſt ſententiæ. Dominum adeſſe, ipſum ſeruare, omnia facere, quod ratio humana non uidet: nam dicit, Si ego recte conſultauero, tum poteſt ſuccedere. Deus dicit, Nõ fiet, in manu mea ſunt omnia, non in tua.

FINIS.

CAP. XXII.

Melius

Melius eſt nomen bonum &c.

HAEC SENTENTIA *famam, & ſtudium famæ nobis commendat. Sicut uita præſtat opibus, ſic etiam fama, Ideo eā tueri licet, ne blaſphemetur bonum noſtrum, ſicut iubet* Apoſtolus*, ut ne illi qui extra* Eccleſiam *ſunt, habeant occaſionem criminandi nos.* Iacob *queritur de filijs, quod fœtere fecerint nomen ſuum coram gentibus. Idem faciunt qui prædicant* Euangelium*, & male uiuunt, propter quos male audit* Euangelium*. Transfertur enim uicium à perſona in* Euangelium*. Scriptura nos docet uitam, famā, opes eſſe dona* Dei*, ideo utenda ſint ad ſolam* Dei *gloriam, ſiue adſint ſiue auferantur.*

Cōmendatio famæ.

Diues & pauper obuiauerūt ſibi

Id eſt, Diues non contemnat pauperem, & pauperi non inuideat diuiti, quia Dominus *eſt qui ditat & qui redigit ad inopiam. Omnia enim uoluntate* Dei *contingūt. Et ſicut diuitiæ & paupertas à* Deo *ſunt, Ita reliqua omnia, potētia, fama &c.*

Omnia uoluntate Dei *contingunt.*

Caro autem induſtria opes parari ſtatuit, & ſocordia diſſipari. Deum bene uelle quom opes largitur. male uero quom eas aufert. Sed ſcriptura aliter iudicat, Deum ſcilicet bene uelle credentibus Verbo, ideo uoluntas Dei à Verbo & non à re æſtimanda eſt.

Callidus uidet malũ, & abſcondit ſe.

Id eſt, Sapiens munitus uerbo præuidet malum & fugit, iuxta uerbum Eſaiæ octauo. Qui non dixerit iuxta uerbum hoc, non erit ei matutina lux. Sequitur ergo regnum mundi eſſe, regnum tenebrarum. Sed quare eſt regnum tenebrarum, quom multa ſapienter gerantur & præcipiantur in eo? quia non nouit neq; uoluntatem, neq; iuſtitiã, neq; iudicium Dei, ideo rebus bene uti non poteſt. Videmus enim mundum furere amore opum, uoluptatum gloriæ, & fidere his rebus, quæ ſaluare minime poſſunt, ut ſunt carnis iuſtitiæ, quibus ſe tueri putat & conſiſtere aduerſus Dei iudiciũ, ſed ſcriptura dicit. Omnis caro fœnum, & gloriam carnis fœno comparat.

Regnũ mundi regnum tenebrarum

Innocens pertranſiit.

Id eſt,

Id eſt, imperitus pergit lactatus praua doctrina, quando Verbum non prædicatur ſtatim impius ſuis ſe operibus iuſtificare nititur, & ad uaria ducitur uicia, ſicut Paulus de gentibus dicit prima Corinthiorum duodecimo &c.

Finis modeſtiæ timor domini.

Apud quos ſit timor Domini

Id eſt, penes adflictos, humiles, uiles eſt timor Domini, diuitiæ, gloria & uita. Ideo dicit Pſalmo CXVIII. Bonum mihi quia humiliaſti me. Nõ diſcitur timor Domini, niſi adflictione: ſupra, Liuor uulneris abſterget malũ. Item, Oculi Domini ſuper timentes eum. Non eſt autem timor Domini apud ſuperbos, qui ſua induſtria ſibi opes, gloriã parari putant, & illa eſſe apud beatos, ſolum carnis iudicium iudicat.

Arma gladii in uia ſuperbi.

In Hæbr. eſt, Spinæ & laquei in uia peruerſi, hoc eſt, doctrina, opiniones, conſilia & ſucceſſus impiorum laquei ſunt & ſpinæ, quæ confodiunt & illaqueãt, quia mundus iuſtitiã hypocriſi tribuit, omnia contingere induſtria humana, Ideo abiectos deſpiciunt, fiduciam in Verbum ponentes &c.

Cuſtos autem animæ.

Id eſt, qui cuſtodit uitam ſuam, id eſt, qui ſe Verbo armat aduerſus iſtas mundi inſidias, is recedit ab eis.

Spinæ & laquei erant apud Phariſeos, eorum iuſtitia, qua ſibi uidebātur florere & magiſtri eſſe.

Prouerbiū ē, adoleſcēs iuxta uiā etc.

Adoleſcentes muniendos eſſe Verbo Dei

Indue adoleſcentem in uia ſua, id eſt, muni eū Verbo, quando enim ſtatim munitur cor Verbo Dei, ignita tela Satanæ, mundi & carnis repellere poteſt. Iubet ergo CHRISTVS paruulos ad ſe uenire, ut eos Verbo muniat. Inde eſt Prouerbium, Quo ſemel imbuta eſt recens teſta, ſeruabit odorem diu.

Diues pauperibus imperat.

Officium in utriſq; deſyderat

In hac ſententia, tam diuites q̃ pauperes taxantur. Diuites quod pauperes, quibus larguntur, contemnunt, & ſe eis præferunt ac ſeruos faciunt. Pauperes in hoc, quod ſe uoluntati diuitum comparant, & tantiſper amant, quamdiu opes habēt contra charitatē, quæ exigit, ut alter alteri gratis ſeruiat.

ſeruiat. Inde Paulus inquit, Qui dat, ſimpliciter det &c. Item Deutero. decimoquinto, præceptũ eſt, ut diuites inopiam pauperum ſubleuent, & ne quid ſubdole faciant.

Qui ſeminat iniquitatẽ, metet mala

Id eſt, qui fraudat alterum in contractu, hoc eſt qui cupidus eſt, & nequam oculum habet, ut hypocriſis oculum nõ habet bonum, quia non poteſt fieri, quin ſemper ſua quærat. Qui uero ſimpliciter pergit, benedicetur à Domino, & credit ſe à Domino benedici, ideo ſibi à fraude temperat. Cõuenit cum ſuperioribus, Anima quæ benedicit &c. capite undecimo. Item, Qui abſcondit frumenta.

Virga iræ ſuæ, id eſt, pœnæ, perdet eũ, quod dicit ille conſummabit. Varia ſunt ſtudia parandarum opũ. Oculi ſunt inſatiabiles, conſequũtur etiam aliqua, hæc mouent hominem, ideo eò properant. Tamen Dominus eſt iudicaturus illos, qui nunc ſic florent.

Non eſt autem reſpicienda uoluntas Dei à rebus, ſed uerbo. Ideo qui hodie contemptui ſunt propter Euangelium, putantur eſſe illi, quos Deus reliquerit, illi non florent. In quo effunduntur imbecilles, cogitant, Certe hi ſunt tam pau- *Scandalum proſperitatis impiorũ*

peres, contempti, non credis quod uere loquantur. Illi autem Canonici florent, habent ſatis, credo quod illi recte loquantur.

Bonus oculus benedicetur.

Oculus nequam

Id eſt, non cupidus oculus, nõ nequam oculus, notat uafriciem cupidorum, inſectatur artes, calliditates auarorum, perinde & auaritiam. Ille eſt autem oculus nequam qui non ſimpliciter agit, ſed nititur callide alterũ defraudare, ut quæ eius ſunt, conſequatur.

Deſcribitur hoc uerſu charitatis officium, hypocriſis non habet bonum oculũ, non poteſt fieri, quin ſua quærat.

Eiice ſubſannatorẽ, & exibit cũ eo iurgium, ceſſabuntq́ꝫ contentiones & contumeliæ.

Contentioſi ab Eccleſia arcẽdi ſunt

Gaudent litibus qui non agnoſcunt iudiciũ Dei, Ita in prædicatoribus, qui uacant timore Dei, non poteſt fieri, quin doctrinã peregrinam admittãt, & ſe uarijs quæſtionibus implicent, contra Apoſtolum, qui contentioſos iubet arceri ab Eccleſia.

Mundus

Mūdus corde & gratioſus labiis habebit amicum regem.

Vt hypocriſin damnet adiecit, mundus corde, Simulatio uel hypocriſis deprahenditur tandem à rege, fitq; inuiſa regi, etiam ſiquid offendatur, Veritas enim uincit & non opprimitur.

Oculi domini obſeruant ſcientiā, & fruſtrantur cōſilia contemptoris.

Hæc ſententia pugnat cum carnis iudicio & cū operibus. Et conuenit cum ſuperiori, Contumelia eſt &c. Scientiam, id eſt, cognitionē ſui uel uerbi, hoc eſt, Dominus obſeruat eos qui ſe Dominū norunt. Quid eſt noſſe Dominum? hoc Hieremias capite nono explicat dicens, In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire et noſſe me, quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiam & iudicium. Item Eſaiæ quinquageſimo tertio, Cognitio ſui iuſtificabit multos. Docetq; hæc ſententia humana conſilia, humana incepta fruſtrari & irrita eſſe. Iſte adſtrictat opes, hic honores & regna, Item mundus ſtudet opprimere Euangelium, ſed fruſtra, interim ſe cōficit & perdit, Qui enim in hunc lapidem impin Cognitio Dei

gunt, conquaſſantur. Perdurant igitur & efficatia ſunt quæ fiunt à ſcientibus Dominum, hos cuſtodit, hos tuetur Dominus. Nihil ergo tentandum quod non cogit fides, ut Paulus inquit. Quicquid non eſt ex fide peccatum eſt.

Dicit piger, leo eſt foris &c.

Contra eos qui crucem timent.

Hæc ſententia pertinet ad eos qui crucem fugiunt, timentes uel gloriæ ſuæ uel diuitijs. Ad miniſtros Eccleſiæ ergo pertinet, & præter eos qui Verbum miniſtrant. Referenda eſt etiam ad omnes qui ſuæ uocationis officium non faciunt, ut Epiſcopi qui norunt Euangelium eſſe prædicationem noſtram, ſed tamen perſequuntur, timentes Romanorum tyrannidem, Ne forte ueniant Romani, & cætera.

Fouea profunda os meretricis.

Scortatio

Hæc ſententia eſt de ſcortatione, de qua ſæpe ſupra Paulus prima Corinthiorũ ſexto. Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur cũ ea. Docet Paulus quid ſit hoc peccatũ, & quid ſecum adferat, nempe excæcationem, indurationem & cõtemptum Dei. Multo autem grauius quod dicit Solomon,

lomon, Cui iratus eſt Dominus incidet in eam. Tranſſumitur in Prophetis ad impiam doctrinam, quæ docet nos formari cum iuſtitia, prudentia & operibus. Allegoria

Stultitia colligata eſt in corde.

Id eſt, Naſcimur cũ pecato, ſicut Pſalmo. L. indicat. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum &c. Et quia cũ pecato naſcimur, neceſſe eſt nos nouam fieri creaturam, ſi iuſtificandi ſumus. Pueros uocat imbecilles ſiue ſint ſancti ſiue non ſancti. Virga diſciplinæ eſt crux, quæ caſtigat carnem ne ſpiritui dominetur. Si non fuerint ſancti, cohercẽdi ſunt uirga, id eſt, lege. Si uero ſancti, oportet quod & hi etiam ſe caſtigent, ſicut Apoſtolus ait, Caſtigo corpus meum, ne reprobus ipſe inueniar: nihil enim damnationis eſt ijs, qui non ambulant ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum, hoc eſt, quanq̃ peccatum habeamus, dum tamen ſecundum illud non ambulauerimus, non damnat. *Lex ſolum manum coercet.*

Populus legis debet coherceri auctoritate poteſtatis humanæ. Populus Dei cohercetur ſpiritu ſancto. Nam ille mortificat carnem ne luxuriet. Humana poteſtas, quia tantũ mẽbra externa cohercet, *Humana poteſtas coercet*

non euacuat peccatum, ſpiritus autem ſanctus ſua cohertione euacuat peccatũ, nam opera legis non ſunt præcepta, ut iuſtificent, ſed opera ſpiritus, id eſt, fides in corde, illa iuſtificat. Non ergo complacendum eſt in operibus externis. Nã tales præcipitat Satan, non præuiſos in peccatum aliquod magnum.

Qui calumniatur pauperem &c.

Qui alios ſtudent lædere, ipſi ſeſe lædunt. Ita qui pauperes defraudant, non pauperibus, ſed ſibi nocent. Ideo præceptum eſt in Deutero. *Ne ſtruamus inſidias pauperi.*

Dabit ipſe ditiori & egebit.

Id eſt, ipſe eripiet. Armamur *autem nos, ne diffidamus, quom uidemus eos diuites eſſe, qui mali ſunt.* Dominus *tamen eos non iudicet, iudicat autem, ſed ratio non uidet. Verbo uult nos eſſe armatos, ut in fide uiuamus, uult ut expectemus iudicium* Dei, *& reſignemus omnia uoluntati eius, nõ imitemur hominũ ſtudia, ſed tantũ uerbo fidamus.*

Propoſitio Fili mi, inclina aurem tuam, & audi uerba ſapientum, & cor tuum

Aduerte

adverte ad doctrinam meam, eſt enim gratioſa, ſi eam ſerues in pectore tuo, fortunabitur & in labiis tuis, ut in deum colloces fiduciam tuam. Hodie docui te, tu amplectere, nonne ſcripſi tibi trifariam conſilia & ſcientiam, ut docerem te certitudinem uerborum ueritatis, et quomodo interrogāti reſpondeas.

Totus hic locus indicat uim & uſum Verbi Dei. Eſt autem hæc propoſitio, qua nos ad Verbum audiendum hortatur. Inclina aurem tuam & audi uerba ſapientum. Et cor tuum aduerte ad doctrinā meam. Hæc eſt propoſitio, cui ſubiecit rationes, quibus commendatur uis & uſus Verbi. Sunt aūt ſimiles propoſitiones multæ paſſim, Pſalmo quadrageſimo octauo. Audite hæc omnes gentes. Et Matthæi tredecimo, Qui habet aures audiēdi, audiat. Et decimoſeptimo, Hunc audite. Porrò quod addecit, aduerte cor, ſignificat Verbum Dei non intelligi, ſi tantū auribus carnis audiatur, ſed cor opor *Vis eſt uſus uerbi.*

tere diuinitus trahi ad audiendum: humanæ doctrinæ intelligũtur ſtatim, ubi auribus hauſeris, qs enim nõ intelligit, ſi qs moneat nigris ueſtibus utẽdum eſſe. At non intelligit caro, Deum dilige, time, confide Deo. Ideo ait Chriſtus Iohan. quinto Neq; uocem eius audiſtis, neq; ſpeciem uidiſtis. Duæ ſunt rationes quas proxime ſubiecit. Prior quod Verbum nobis ſit ſalutare. Altera quod confeſſio ſeu prædicatio ſit alijs ſalutaris. Sic ergo ait, Eſt enim gratioſum Verbum, ſi in pectore ſerues. Verbum non poteſt carni non eſſe odio, quia damnat & iudicat eam. Stultitia gentibus, & ſcandalo Iudæis eſt Euangelium. Et Ezechielis uigeſimo Dedi eis præcepta non bona. Contra uerbum cognitum, eſt pax, uita, gaudiũ, Iohannis primo. Et Pſalmo decimooctauo, Deſyderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum, & dulciora melle & fauo. Et Pſalmo CXVIII. Seruus tuus dilexit illud, Bonum mihi lex oris tui &c. Ideoq; ait, tum fore gratioſum, ubi cognouerimus, ſicut Paulus inquit prima Corinthiorum primo, Vocatis autem iudæis & græcis, Chriſtum Dei uirtutem, & Dei ſapientiam.

Secunda ratio, fortunabitur in labijs tuis. i. confeſſio erit

feſſio erit ſalutaris, & perrumpet, tametſi mūdus aduerſetur ut Pſal. CXVII. Loquebar de teſtimonijs tuis, in conſpectu regū, et non confundebar.

Confeſſio uerbi.

SEQVITVR QVID
doceat Verbum, & eſt quaſi ſecundum caput huius loci de doctrina.

In uniuerſum ratio nihil aliud docere poteſt, niſi fidere humanis conſilijs, humana induſtria, humanis uiribus, Roma. octauo, Prudētia carnis eſt mors, caro quærit quæ ſua ſunt. Verbum Dei in ſumma nihil alud docet, q̄ fidere Deo. In Pſal. ſecundo quom de regno Chriſti dixiſſet, hoc adiecit, Beati omnes qui confidunt Deo.

Vt docerem te certitudinē uerborū

Supra monuit quid doceat Verbum Dei, hic adijcit quomodo Verbo ſit utendum. Primum, ut certificet corda noſtra, quēadmodū. II. Petri. I. dictū eſt, Recte facitis attendētes Prophetico ſermoni, quaſi lucernæ lucenti in loco caliginoſo. Et paſſim teſtimoniū uocatur Iohan. V. Scrutamini ſcripturas, quæ perhibēt de me teſtimoniū, Ideo hic ait, Vt docerē te certitudinē uerborū ueritatis, id eſt, ut

Quomodo uerbo ſit utendum

certus apud te eſſes, & ob eam cauſſam, Verbum eſt multifariã reuelatum, ut multis teſtibus confirmaremur, & inculcari præcepit Deutero. ſexto, Deinde Verbo utendum eſt coram hominibus fidelibus, ut reddamus rationem omnibus interrogantibus nos, quemadmodũ Petrus præcepit prima Petri tertio, Parati ſemper ad ſatisfactionem omni petenti de ea quæ in uobis eſt fide.

Non facias uiolentiam pauperi.

Studium pauperum

Supra capite uigeſimoprimo dixit. Anima impij deſyderat malum, nec gratioſus eſt in oculis eius proximus. Quo ſignificatum eſt, impium obſequi ſuo animo, quantocũq; id fiat, uel periculo uel malo proximi. Immo contemni proximum à ſapientibus mundi & faſtidiri. Ita hic adiecta legi de ſtudio pauperũ ratio eſt, eo quod ſit pauper, nam hominum iudicio colitur & obſeruatur potens, abiectus & inops faſtiditur, propterea non multum putant referre, etiam ſi abiectus ille homunculus pereat, qaemadmodum & Chriſtum faſtidiebat Pilatus, nec putabat referre, etiam ſi occidi ſineret. In porta, id eſt, in iudicio: qui confixerunt animã eius, id eſt, adflixerunt, Dominus enim ulciſcetur,

ulciſcetur, quia orphanorũ eſt pater et abiectorũ.

Noli eſſe amicus homini iracundo

Vindictam prohibet Dominus*, ſupra,* Ne dicas *malum pro malo.* Et *tamẽ interea eam permittit,* Derogat *ergo gloriæ* Dei*, qui ſibi uindictam arrogat, non minus q̃ ſibi arrogat iuſtitiã, fortitudinẽ, ſapientiam &c.* Quom Chriſtus *ſeſe nõ eſt ultus, ſed tradidit ſeſe iuſte iudicanti* Deo.

Iracundi *& furioſi plane illi ſunt impij* Doctores*, qui pro ſuis traditionibus dolo & ui pugnãt, quemadmodum* Saul *dimicat pro regno, & conatur opprimere* Dauidem. Et *quemadmodum ille prætexit ius aduerſum ſeditioſum,* Ita *impij* Doctores*, uiolentiam & fraudem excuſant titulo & ſpecie iuris.* Sumas *ſcandalum animæ tuæ, id eſt, impingas tu quoq;.* *Dicunt ſe dimicare pro honore* Ec*cleſiæ*

Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas.

Supra *aliquoties præcepit diligenter curari rẽ familiarẽ, & prodigalitatem deteſtatur.* Ita *et hic uetat ære alieno & ſponſionibus facultatem in diſcrimen conijcere.* Paulus *ad* Epheſios *quarto, iu* Diligenter *curandam eſſe rem familiarem*

bet laborare ,non furari. Porrò qui æs alienum faciunt ,ferè temere effundunt , & ſentiunt ſe de alieno corio ludere. Ita plane furari eſt, audere fidutia alienæ liberalitatis. Sic in alijs rebus fit, pereunt qui fidutia alienæ fidei credunt, quemadmodum ſolent ij, qui cauſſantur auctoritatem hominum. Deinde & ſpondendo periclitantur, ſicut dicit Pſalmus, Nolite confidere in filijs hominũ &c. Porrò fidunt hominibus, qui propter illorum auctoritatem credunt. Item in rebus inferioribus nemo ferè eſt, qui non huiuſmodi aliquem ſibi amicum ſtudeat parare, cuius præſidio, putat ſe aduerſus omnes inſidias & caſus munitum eſſe, is adfectus hic damnatur.

De noſtris ciſternis bibendum eſt, non alienis

De cubili tuo, id eſt, ſi non habeas unde reſtituas, auferuntur tibi tua.

Ne tranſgrediaris terminos antiq̃s.

Hæc ſententia eſt ad uerbum tranſcripta ex Deutero. decimonono, ubi uetat in poſſeſſionibus ſeu predijs limites transferri. Vetat itaq; & hic cũ iniuria alterius ui aut fraude famã aut res augere. Et de rebus facile eſt iudicare, de fama difficilius. Ferè enim ſtudent nomẽ ſuum tanq̃ fines ampliare, alterius

alterius æſtimatione læſa. Detorta eſt hæc ſententia ad traditiones humanas, ſed his adeo non patrocinatur, ut damnet etiã. Nam quom uetat ampliare poſſeſſiones prolatis limitibus longius, certe uetat aliquid addere uerbo accepto per patres.

Vidiſti uirum uelocem in ope ſuo.

Ad ſatisfactionem uocationis pertinent hæc, ut alienæ res diligenter curentur. Ignauia cordis humani damnatur, in alienis caro enim ſegnis eſt.

FINIS.

CAP. XXIII.

Quando ſederis ut comedas cum principe &c.

QVI REGNANT AVT *regnare ſtudẽt carnalibus conſilijs, amplificare & tueri gloriam conantur. Quemadmodũ Achas, Abſolon, Saul. Damnat itaq; & conſilia iſta, & ipſam*

Sedere apud principem, eſt uerſari apud principem uel regnare

uanitatem, qua ſibi donum Dei uſurpant qui regnant. Itaq; iubet attendi quæ proponuntur, id eſt iubet obſeruari conſilia, item intentari cultrum gutturi, hoc eſt, nihil decerni ſine fide. Et poſtremo panem mendacij uocat, gloriam hominũ, iuſtitiam & ſapientiam, quod uidelicet paſcere uideatur, & non paſcit. Nam iuſtitia & prudentia humana uidentur ſeruare, & nõ ſeruant, ut in Abdia dicit, Qui dicit in corde ſuo, quis detrahet me in terrã?

Noli laborare ut diteris &c.

Laborandum eſſe

Mandatum diuinum eſt ut laboremus Gene. tertio, Epheſios quarto. Eſt autem laborandum, ut ſatisfiat uoluntati diuinæ, ſicut in alijs præceptis, non premium, ſed uoluntas Dei ſpectanda eſt. Ita in hoc præcepto, fides, facit mandatum Dei, & benedictionem ab ipſo expectat, nõ à ſua induſtria, ſicut Pſalmus dicit. Niſi Dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui ædificãt eam.

Sed prudentiæ tuæ pone modũ

Omnia fide ſuſcipienda ſunt

Id eſt, omittte conſilium, quod facis fide facias, non tuo conſilio carnali. Quando homines docent iuſtificationem, dicunt, tu habes rationem, para

nem, para igitur iuſtitiam, qua poſſis iudiciũ Dei effugere. Sic docet, nec aliud uidet, ergo dogma Liberi Arbitrij eſt uanum, tantum Domino fidendum eſt. In Domino iacta cogitatum tuum.

Ne erigas oculos tuos ad opes

Oculi impiorum inſaciabiles ſunt, & ſublimia cernunt. Sed uidebis oculis, & non conſequeris, id eſt, nõ eſt penes te ut conſequaris. Quia facient ſibi pennas, id eſt, elabentur, id eſt, etiamſi adſecutus fueris diuitias, tamen elabentur. Ideo faciendum eſt mandatum, quia Dominus iuſſit. Nõ deſiſtendum, quia mala obueniunt, parendum eſt Deo, etſi maxime non ſuccedant res. Hæc autem ſcandala proponuntur, ut exerceatur fides, ut tantum diſcas cõſiſtere in uoluntate Dei ſiue crucifigaris ſiue occidaris, ut in octauo Roma. ſic eſt animata fides, ut non curet euentus lætos, neq; moueatur triſtibus.

Ne comedas cum oculo nequam neq; cupias illum.

Vitãdum eſſe inſidiatorem

Hæc Gnome tum ad inuidum tum ad inſidiatorem pertinet. Iubet itaq; uitari inuidum ſeu in

ſidiatorem, ita ut non exerceamus mutuas ſimultates. Inuidia uritur bonis alterius, & iraſcitur iudicio Dei, quom alius præfertur. Sicut Cayn ſtomachatur aduerſus fratrem. Saul aduerſus Dauidem. Eſau aduerſus Iacob. Maria aduerſus Moſen. Aduerſus Ioſeph reliqui fratres, uſq; adeo uulgare & inter ſummos hoc peccatum eſt. Et in parabola apud Matthæum uigeſimo cap. obiurgat nos Chriſtus hoc morbo laborantes. Non licet mihi facere quod uolo? Debemus enim grato animo complecti uoluntatem Dei, quicquid de nobis ille ſtatuit, ut Danielis nono. Tibi Domine iuſtitia, nobis autem confuſio faciei. Porrò in inuidi mente eſt tanq̃ fatidicus dæmon, hoc eſt, iam hoc iam illud ſuſpicatur. Hæ ſuſpitiones inſidias pariũt, ut Saul obijciebat per inſidias Dauidem Philiſteis. Et alluditur hic ad doctrinam hypocriticam. Nam hypocritæ quia regnare ſtudent, blandam doctrinam comminiſcuntur, qua ſe uẽditant, cuiuſmodi ſunt oracula dæmonum iſtorum. Sic Paulus ait in Galatis. Circuncidunt uos, ut in carne ueſtra glorientur. Quod autẽ ſubijcit, portionem quam comediſti, euomes, ſignificat blanditijs capi & opprimi incautos. Item ſermones tuos ſuaues

Inuidentia etiam inter ſanctos eſt

perdes

perdes, id eſt, nihil eſt gratum quod facias, rapit omnia in deteriorem partem inſidiator, & illud maxime calumniatur, quod eſt à te ſimpliciſſime dictum aut factum, Sicut hypocritæ calumniātur crucem in ſanctis, & ſimilia.

In auribus inſipientium ne loquaris.

Supra quoq; uetuit, quemadmodum Chriſtus, ſpargi margaritas porcis, qui præ cupiditatibus & libidinibus abſorpti, Euangelium non admittunt. Iuſte enim excæcantur, qui Verbum Dei contemnunt.

Margaritū non eſſe ſpargendum porcis.

Ne attingas paruulorum terminos.

In Hebræo. Ne tranſgrediaris limites ueteres. Præcipit, ne aliena, ui aut fraude occupemus, quod maxime fit in extenuatione gloriæ & famæ proximi.

Et agrūm pupillorum ne introeas.

Id eſt, Ne defraudes pupillos, atq; adeo quoſcunq; infirmos & imbecilles.

Vindex illorum fortis eſt.

Infirmi ſuſcipiendi, non calumniandi ſunt.

Eſt cauſſa ſuperioris uerſus, Eſt enim Dominus uindex pupillorū, Pſalmo nono, Orphano tu eris adiutor. Et LXVII. Patris orphanorum, & iudicis uiduarum. Et CXLV. Pupillum & uiduam ſuſcipiet. Item nonū & decimū caput Eſaiæ huc pertinent. Tueamur igitur imbecilles, nō lædamus eos, ne criminemur aut calumniemur infirmitatem ſanctorum.

Erudi cor tuum, & aures tuæ audiant uerba ſcientiæ.

Id eſt, præbe cor ut audias Verbum Dei, non audi humanis auribus ut humana, ſed cordis.

Noli ſubtrahere a puero diſciplinā.

Sententia, populum legis eſſe lege & uirga frenandum, cohercendum, & caſtigandum, ut Apoſtolus dicit. Lex pædagogia &c. Item .I. Timoth. primo, Lex non eſt iuſto poſita, ſed iniuſtis &c. Qui enim ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei, ijs lex ut ſupra non eſt poſita, quia ſpiritu rapiuntur, ne peccent, & quamuis aliqua ex parte adhuc ſub

lege

lege ſunt, quom peccatum ſit in eis, tamen fidunt & timent, ideo ſe caſtigant &c. Alij autem ſunt plane carentes fide, qui aguntur furia carnis aut Satanæ, hi cohibendi ſunt pœnis, quæ pœnæ tantum manus cohibent, cor aũt cohiberi nõ poteſt per eas.

De inferno.

Id eſt, morte. Hæc aduertant, qui paſſim iactãt libertatem chriſtianam, quom tamen eius nihil norunt, ideo ſunt frenandi. *Iactatores libertatis chriſtianæ*

Fili mi ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum.

Illa eſt communio ſanctorũ, ut ſe mutuo conſolentur, confirment in ſpirituſancto. Itẽ Ezech. dicit Nolo mortem peccatoris, ſed potius ut cõuertatur & uiuat. Non eſt Deo uoluptas quom perimus, ſed gaudet nobiſcum quom ſaluamur. Iohan. In uobis implebitur gaudium meum. *Communio ſanctorum*

Qui uidet illum æſtum & ardorẽ ſpirituſſancti in ſcripturis erga nos, ille non poteſt non mirari et accendi, ac ſi multum eius referret. Blandæ enim adpellationes hæ. Ipſe non eſt hypocrita ſpiritus ſanctus. Non eſt maior ſollicitudo & amor, q̃ is, qui eſt parentum erga liberos.

Non æmulet̃ cor tuũ peccatores

Aduerſus ſcandalum crucis

Id eſt, Ne ſinas te exempla ulla, ſanctitatem, ſapientiam, ſucceſſus hominum &c. abſtrahere à Verbo. Conſolatur nos hæc Gnome ne offendamur infirmitate crucis, contra eos, qui in tentatione recedunt, & ſolum ad tempus credunt, Lucæ octauo. Sed in timore Domini eſto &c. Id eſt ne timeas homines, ut Eſaiæ octauo, Et timorẽ eius ne timeatis neq; paueatis, Dominum exercituum ipſum ſanctificate, & ipſe pauor ueſter, & ipſe terror ueſter.

Et habebis ſpem in nouiſſimo.

Id eſt, in poſterioribus, hoc eſt, expectatio tua nõ fruſtrabitur, uel non abſcindetur. Sententia ſimilis in Pſal. XXXVI. eſt, Noli æmulari in malignantibus. Vniuerſi qui te expectant, non confundentur. Et Eſa. XXVIII. Qui crediderit non trepidabit. Expecta nouiſſima, expecta finem, melius fiet, tametſi occidaris, Ego poſt mortẽ iudicabo, non ſit tibi curæ: tum confundentur coram Deo, et omnibus creaturis, qui iam te perſequũtur, facies eorum erũt cõbuſtæ. Id accidit, ut uideatur

tibi abrumpi, & intercipi à Deo ſalus. Cogitamus enim hoc modo nos euaſuros, ſed Dominus intercipit, & alia uia perducit.

Audi fili mi, & eſto ſapiens.

Iterum ſolicitudo aduertenda ſpiritus pro nobis, cū ſic ingeminat omnia. Sic Deus dilexit mundum &c. Vim amoris Dei cōmendare hæc nobis debēt.

Solicitudo ſpiritus pro nobis

Et dirige in uia animum tuum.

In Hebræo, Sit rectum cor tuum in uia Domini. Eſt autem cor rectum habere, rectam opinionem habere de Deo, de eius miſericordia, & beneuolentia. Non habet cor rectum, qui non diriget oculos in miſericordiam & iudicium Dei.

Noli eſſe apud epulones.

Hic non ſolum craſſam reprehendit crapulam, ſed & uentris animalia, & qui ſtudent ſeruire uentri, ut ſunt qui doctrinam Chriſti, & Verbū Dei adulterāt. Altera pars eſt de manifeſta crapula, Dominus olim iudicabit hæc, quod in ijs contemnatur Verbum. Nos habemus Verbum in ore, ſed interim ridemus.

Crapula

Quia potatores & cõmeſſantes redigentur ad inopiam.

Tamen illis uentribus omnia ſuppetunt. Canonicis nihil deeſt, ſed quia infideles ſunt, eorum opes decreſcent.

Somno ũacãs laceris ueſtib. ũeſtiet

Siquidem hæc paupertas in illis eſt non in externis, ſed in carentia Dei. Laceræ ueſtes ſunt infamia, coram mũdo ſunt magni, ſed pudefient per uerbum, magna parant ſuis opibus, ille hanc Præbendam inſtituit. Hæc gloria confundetur, quia Deus ea non probat, ideo talia conſilia non perdurant. Illorum gloria confunditur Verbo Dei, ut palàm etiam eorum doctrina confuſa ſit, quam nec ratio probarit.

Laceræ ueſtes

Audi patrem tuum &c.

Patres & Matres uocát Verbi Doctores.

Eme ueritatem.

Id eſt, accipe ab illis Verbũ, ſcilicet à patre et matre, quia Verbum Dei ueritas eſt, Omnis autem traditio

traditio humana, & omnis æſtimatio de cultu Dei mendacium eſt, ut paſſim Scriptura teſtatur.

Exultat gaudio pater iuſti.

Id eſt, non gaudet pater, ſi filius contigerit opulentus uel induſtrius hominum more, quia pater uidet iſta eſſe exitio. Et uidet Dominum benedicere fidelibus. Non ſeruat Deus opulentos, aut eos qui humana ſectantur.

Præbe fili mi &c. Et oculi tui uias &c.

Id eſt, obſerua Verbum, nõ delige ipſe tibi uias pro tuo arbitrio. Accinget alius te, & ducet quo non uoles.

Fouea profunda eſt meretrix.

Scortatio excæcat cor hominis. Et quia excæcat ideo ſequuntur omnes aliæ penæ, quas Paulus ad Roma. primo enumerat, ruunt enim excæcati ex alio in aliud uicium.

Et quos incautos inuenerit,

Sunt incauti, qui nõ ſunt Verbo Dei muniti, nõ enim poſſunt humana induſtria perſiſtere. Incauti

Cui uæ, cuius patri uæ &c.

Comites & fructus cæcitatis Scriptura nobis indicat, quaſi dicat, Ecce ij fructus ſunt impietatis, quia relinquet Deus cor ſuis deſyderijs.

Ne intuearis uinũ quom flaueſcit

Color uini *Id eſt, ne capiant te ſcandala, ſecundæ res, quæ commouent infirmos, ut hi in deſerto quom non habent panem nec aquam, murmurant contra Deum. Sic nos quoq; facimus, Pij mouentur proſperis rebus impiorum.*

Ingreditur blande.

Id eſt, mollia ſunt illa genera uitæ, id eſt, placet nobis uita impiorum, quod ſatis habeant.

Oculi tui uidebunt extraneas

Id eſt, hoc futurum eſt, ut libido ingluuiei ſit comes. Qui enim in ocio ſunt, ſolicitantur libidine. Hoc eſt peccatum Sodomæ habere panem & omnia. Hieronymus dixit, Pudenda & uenter non diſcunt multum, id eſt, Libido illico eſt comes repletionis uentris.

Et eris

Et eris ſicũt dormiẽs in medio mari

Id eſt, non uidebis hoc malum, indurabitur cõ ſcientia, & contemnes iudicium Dei. *Verberauerunt me, ſed non dolui, id eſt,* Deus *punit, & ego non ſentio pœnam.* **Excæcatio**

Horrendum itaq; eſt maxime, non uidere illam pœnam, qua nos ſic affligit excæcatos.

FINIS.

CAP. XXIIII.

Ne æmuleris uicos malos.

QVASI SIC DICAT, *Solicitabit te iſtorum dignitas, auctoritas, ſucceſſus, noli capi his titulis & ſpecie, quia ibi nihil pium, nihil fidei, nihil timoris.* Et *ubi illa nõ ſunt, ĩpietas eſt.*

Quia rapinas meditat̃ cor eorũ.

Id eſt, moliuntur ut in uos regnent, glorientur de carne ueſtra, ut in Galatis de pſeudoapoſtolis.

Sapientia ædificabitur domus.

Oppoſita ſuperiori, illi ſuis uiribus uolunt ſibi parare opes, ſed non ſic parantur, ſed ſapientia & timore Domini. Ideo ſapientia hæc, id eſt, fides quæ agnoſcit Deum, eſt nobis tenenda tanq̃ anchora in omni negocio, ne abducamur. Benedictio Domini parabit nobis neceſſaria, & nihil aliud, ideo inquit. In doctrina replebuntur cellaria, id eſt, Verbo Dei diteſces.

Vir ſapiens fortis eſt.

Vir ſapiens ſcilicet eſt in Domino. Et, Vir intel ligens præſtat robuſto. Supra, Ciuitatẽ fortium aſ cendit ſapiens. Item, Turris fortiſſima nomen Do mini, quaſi ſic dicat, Illi non ſunt fortes qui ſuis uiri bus fidunt, & coram mundo fortes & ſapientes ui dentur. Sed principium ſapientiæ timor Domini.

Conſilium Dei

Quia induſtria geritur bellum.

Induſtria autem & conſilium, hoc eſt Dei, nõ hominis. Omnes res humanæ tranſiguntur induſtria,

ſtru, id eſt, directione ſpirituſſancti.

Salus, ubi multa conſilia.

Penes ſapientiam eſt conſilium, non circa rationem humanam, quæ prorſus eſt cæca. Vbi Verbum eſt, ibi res ſuccedit. Sicut Dauid gerens bellum ex Verbo Domini, ſuccedit, Sauli autem non ſucceſſit. Sic non poteſt aduerſus iudicium Dei ire ratio humana, tentationi igitur opponendum Verbum, Qui nõ dixerit iuxta uerbum hoc, non erit ei matutina lux, id eſt, tenebræ obruent eum, & abſument totum.

Altior eſt ſapientia, q̃ ut ſtultus adſequatur.

Altum eſſe, eſt cruce tectũ eſſe. Theſauri enim Dei cruce ſunt abſconditi, ſtultus non amat crucẽ, ſed fugit, ideo non adſequitur ſapientiam. Sic in ultione, alta eſt ſapientia, id eſt, carnales non uident Deo eſſe ultionem relinquendam, ideo furunt & ulciſcuntur. Pij glorificant Deum, omnia illi reſignant, nihil ſibi relinquunt.

In porta.

Id eſt, in conſilijs. Male conſulet & male iudi-

cabit impius in humanis & ſpiritualibus rebus. Sic uidemus omnes ſapientes carnis Ciceronem, Demoſthenem, Doctores noſtros male conſuluiſſe, quia ratio in ijs ſequuta eſt quaſdam coniecturas tantū, nihil uidens Verbi Dei.

Qui cogitat mala facere.

Qui machinatur mala, auctor ſceleris eſt, unde dicitur, Malum conſilium conſultori peſſimum. Mundus uult perſequi Chriſtū, et opprimere chriſtianos, ut regnet, & non ſuccedit eis, conſilium eorum irritum fit.

Cogitatio ſtulti, peccatum eſt.

Pertinax conſilium

Cogitatio, id eſt, pertinax conſilium. Eſt expoſitio ferè ſuperioris ſententiæ.

Pompeius ſtatuit omnibus modis opprimendum Cæſarem. Sic Iudæi pertinaciſſime ſtatuerunt, Omnino Chriſtus eſt interficiēdus, uerum non ſucceſſit, quia ſtultum eſt conſilium, Dominus reprobauit, & confudit illud, uti in paſſione & reſurrectione eius factum eſt.

Et abominatio hominūm.

Scilicet

Scilicet reuelante Domino. Detractor, id eſt, ſubſannator, ſcilicet qui præ ſua ſapiētia ridet Verbum Dei. Sic Pompeius ſuæ temeritatis, item poſtea Cæſar, pœnas dedit, ſic Saul, Abſolon dederunt pœnas ſuæ pertinatiæ. Hi antea florebant coram hominibus, ſed poſtea manifeſtum illis fiet, quàm ſtulte egerint, ut nihil aliud ſint, niſi omnibus ridiculo.

Si quieueris tempore aduerſitatis, cuſtodies fortitudinem tuam.

Quando impij minantur mortem, infamiam, quom te alliciunt ad impietatem, & non ſolum illi, ſed etiam aliæ creaturæ, tum quieſce &c.

Cuſtodies fortitudinem.

Id eſt, tum eris fortis, quemadmodum Eſaias inquit, cap. trigeſimo, Si reuertamini & quieſcatis ſalui eritis, In ſilentio & ſpe erit fortitudo ueſtra. Quando læditur impius, incipit furere, cupiditate uindictæ, & uindicat etiā ſe: ſed credentes ſe non uindicant, conſiſtūt, ſecuri ſunt, ſuſtinent manum Dei, & Deo uindictam tribuunt, & ille etiam uindicat eos, ſicut Sauli fecit, quem Dauid in ſpecu depræhenſum non occidit.

Verbum quieſcere hic, in Hebræo ſignificat infirmum fieri. Quid aūt eſt infirmari? Eſt nos crucifigi & mortificari, & omnino ad deſperationem adigere, ſed eripimur & glorificamur cum Chriſto quom quieuerimus, hoc eſt, nos Deo eripiendos, glorificandos & ſaluandos commiſerimus.

Erue eos qui ducuntur ad mortē

Ordo in rebus ſeruandus eſt.

Vult ſpiritusſanctus omnia ordine fieri. Qui præſunt debent tueri & ſeruare innocentes gladio. Inferiores debent aduerſari, ſed per uerbum. Et transfertur hæc ſententia potiſſimum ad uerbi prædicatores. Eruere eſt recte docere, & patrocinari aduerſus ſæuitiam mundi.

Eruere

Qui trahūtur ad interitū ꝓhibe

Id eſt, corrige & caſtiga eos qui illis maleuolunt. Exempla ſunt in Apoſtolis, Multi ſunt Nicodemi, qui nō aduerſantur uerbo, ſed muſſitant, ea palàm profiteri non audent. Vellent etiam rem aliter geri, Et quia muſſitant, ſinunt Apoſtolos occidi. His ſcilicet dicitur, ut ſeruent eos. Dicitur etiam id uerbi prædicatoribus & gladij miniſtris.

Comede fili mi mel.

Vbi guſta

Vbi guſtaueris mel, ſenties dulce eſſe, Sic ubi ſapientiam inueneris, dulceſcet. Sicut mel guſtatũ dulceſcit, ita ſapientia ſi guſtes, dulceſcet. Nam ijs qui non guſtant ſapientiam, nõ eſt dulcis. impij non guſtant, ideo offenduntur. Vide Corinth. I. de ſtultitia Euangelij. Nos habemus ſpiritũ Chriſti, non ſpiritum mundi. Dulceſcit autem Verbum agnoſcentibus tantum, mundus non cognoſcit, ideo contemnit. *Agnoſcentibus uerbũ dulceſcit tantum*

Ne inſidieris & quæras ĩpietatẽ.

Cadunt nonnunq̃ ſancti & peccant, non ſolũ peccant uulgariter, id eſt, quotidiano peccato, ſed grauiter aliquo flagicio, uidelicet in David, Petro, Ezechia &c. Ne ergo inſidieris tu impie iuſto, id eſt, ne condemnes eum, ne offendaris eius caſu, et illum caſum ne traducas uerbo. Septies enim in die cadit iuſtus, & reſurgit.

Neq; uaſtes eius requiem.

Id eſt, ne perturbes eum, quando lapſus fuerit, ſed potius conſolare. Nec eſt hic diſputandum, cũ Dominus retrahit manum &c. David & Petrus etiam ſancti erant poſt lapſum.

Quom ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.

Verbum Dei hoc docet præ doctrinis hominũ, quæ ſcilicet ſit uoluntas Domini. Humanæ literæ docent nos habere patientiã, ferre res aduerſas, quia etiam ſi ualde reluctamur, nihil proficiemus. Diuinæ, docent res aduerſas ferendas, quia eſt uoluntas Dei, & iudicium Dei ferre debemus. Ita hic, Si inimicus tuus ceciderit aut affligatur, noli ſuperbire, hoc eſt enim præceptum, ne præponamus nos alij alijs, Sicut fecit Phariſeus in tẽplo.

Et auferat ab eo iram ſuam.

Cognoſce uidelicet manum Dei et iudiciũ quor ille adfligatur. Quisquis igitur ſeipſum iudicet, quia iuſtus prior eſt ſui accuſator. Sumus enim omnes peccatores, nec poteſt quicquam gloriari, & alteri ſe præferre.

Ne inuidias malis.

Aduerſus ſcandalũ crucis

Id eſt, ne offendant te impiorum exempla, & res ſecundæ.

Adulescentes

Adoleſcentes non permoueantur exemplis quæ uident. Euangelium prædicatur interim, nihil ſe quitur boni, quisq; facit quod uult, ſic ego interim uiuam ut illi. Cor dicit, certe ſi ſcirem me Deo curæ eſſe, libenter præſtarem ei aliquid officij uiciſſim, & omnia quæ poſſem, Sic ruit per deſperationem, nõ uidet ſe eſſe curæ Deo, *quom tamen ſit præceptũ, credere remiſſionem peccatorum. Interim dicis, mentiri* Deum *nõ, eſſe tibi propicium. In* Ezechiele Deus *dicit, obſtructurum ſe nobis os.*

Si igitur florent mali, feras tu, ſi perſequuntur te, feras tu. Lucerna impiorum extinguetur &c. Pſalmo trigeſimoſexto Dominus *iudicabit.*

Time dominum fili mi & regem

Id eſt, Non time homines. Timens enim Domi*num timebis & regem. Eatenus uero timenda eſt poteſtas, quatenus* Deus, *quia* Deus *præcepit: Nec ſupra* Deum, *cui magis eſt obediẽdum quàm hominibus. Illi mendaces ſunt, qui prætextu* Euan*gelij perſequuntur* Euangelium, *ut contra* Stepha*num, Locutus eſt contra legem, ſic prætextu uerbi occidũt ſanctos. Hi mentiẽtes nõ uident ſe mẽtiri.* *Rex timendus eſt*

Nomen Dei eſt tantum eis titulus quo ſe uenditant, Roma. tertio, Qui doces non furandum, furaris, Sic uolunt emergere prætextu pietatis.

Penes Dominum eſt perdere & euertere illos, Ergo non eſt noſtri arbitrij, Veniēs ueniet & non tardabit, Vniuerſi qui te ſuſtinent &c.

Cognoſcere perſonam in iuditio

Non reſpectum haben dum eſſe perſonarum

Sunt autem perſonæ quibus ferè capimur, multitudo ſapientum & ſanctorum, qui quia aliud quiddam iuſtitiam eſſe docuerūt quàm docet Euangeliū, *retrahimur à* Verbo Dei. *Item offendunt nos res ſecundæ in impijs, res aduerſæ in pijs.* Multo *facilius eſt conflictari cum mundo, q̃ ut tecum ipſe, facilius coram mundo conſiſtes, quàm tecum.*

Tamen *& ratio ſcit non eſſe ſpectandum in iuditio perſonam? Verum eſt illa, quæ craſſa ſuntuidet.* At *iudicandum eſt æque, nō inopiam uel diuitiæ intuendæ ſunt, ut præcipit in* Exodo: *In iudicandis rebus externis facile cernit ratio. Sed in rebus ſuperioribus, id eſt, ſpiritualibus, nō poteſt iudicare.* Nam *primum mouetur multitudine,* Ego *ſentiam ſicut alij homines, multi fuerunt ante me, qui non habuerunt hanc doctrinam. Sic fit, quom*

ſequuntur

ſequuntur illud prauum iudicium. Sic fit in conſcientijs noſtris, decipimur, ille non ob hoc damnatur, ergo nec ego. Et meliores damnantur q̃ tu, quid eſt igitur quod tu hæc magnificias? Iudicamus ſecundum res ſecundas & aduerſas. Qui opprimuntur, iudicamus damnatos à Deo. Qui florẽt, beatos putamus. Sic inſipientes capiuntur perſonis, ſapientes autem non.

Qui dicunt impio iuſtus es.

Flagitioſum palàm nemo probat, nemo dicit, recte facit. ut, Saul probabatur à ſuis, quom occiderit ſacerdotes, habebat enim ſpeciem iuſtitiæ. Quom prædicabatur nobis Liberum Arbitrium, et Ceremoniæ, tum ignorabamus Deum, nullam habebant conſcientiæ conſolationem, quando terrebantur, ruebãt, nihil plane erat quod ſubleuaſſet. Poſteaq̃ innotuit Euangelium in ijs, in quibus fructum fecit, illi non ſpectant ſuos conatus, ſed damnant. Vident ſe eſſe præſidio Verbi munitos aduerſus Satanam, ſub umbra & ſcuto alarum Dei. Hoc igitur intereſt inter iuſtitiam mundi & Dei. Hi norunt Deum, illi non norunt, hi habent quo reſpiciant, iſti autem non. Qui dicunt impio, iuſtus

es, id eſt, qui probant iuſtitias carnis. Iuſtitia carnis eſt meretrix, quæ amatur ab omnibus, & omnibus proſtat.

Maledicent eis populi.

Id eſt, quom reuelatum eis fuerit iudiciũ, id eſt, quom prædicatur Euangelium.

Qui arguũt eum, laudabuntur.

Id eſt, glorificabit eos Dominus, qui habẽt Verbum, & iudicium ſpiritus. Impietas non cernitur, niſi Domino reuelãte iudicium, ſcilicet per uerbũ.

Labia oſculi

Labia oſculi quæ rñdent appoſite.

Labia oſculi, id eſt, blanda, iucũda quæ ad rem reſpondent, id eſt, quæ recte iudicant & docent. In rebus humanis amplectimur eos, qui apte reſpondent, alios qui inepte, reijcimus. Sic in rebus ſpiritualibus illa labia nobis blandiuntur, quæ apte reſpondent conſcientijs noſtris, ut quom dicitur, Crede in Chriſtum is eſt pontifex, accedamus cũ fiducia ad eum. Quid enim iucundius poſſet eſſe conſcientiæ hoc labio. Rurſus conſcientiæ dure reſpondet labium, quom increpat duritiam cordis,

quom

quom inquit, Genimina uiperarum, quis oſtendit uobis fugere à uentura ira?

Sic conſcientiæ non ſatisfit, quando ei labium mendacij de ſatisfactionibus carnis prædicat, uerũ ideo eſt ex promiſſione, ut certi eſſemus de gratia. Superbia cordis noſtri optimum opus noſtrum damnat & contemnat. Sic uerbum hominis abducit nos à Deo, ad uitulum noſtrum formandum, non expectare redeunte Moſen.

Præpara agrum tuum.

Admonet nos hæc ſententia uocationis noſtræ, ſupra tractata, Si uis ædificare domum, &c. Eſt epitheſis in, tuum, Manipulos in agro tuo collige, ſi uis ædificare domum. *Vocationi ſeruiendum eſſe.*

Sæpe iam dictum eſt, Benedictione Domini omnia dari, Non ſitis ſolliciti, ut uolucres, adiecit, Sufficit diei malitia ſua, id eſt, labor. Diffidentiam ademit, & reliquit laborem. Labor eſt nobis præceptus, ut quiſq; in ſua uocatione laboret, Huic mandata eſt reſpublica gerenda, in hac uocatione aduigilet.

Quidam ſtulti putant tantum hunc eſſe laborem, ſedentariam, & fabriles artes, fatui ſunt,

et qui ingenio laborant ſatisfaciunt uocationi. Cõ firmat nos aduerſus ſcandalum uulgare. Ego mercator uideo eſſe queſtui hoc genus uitæ, ideo hoc faciam ut regam domum & meos. Dominus dicit, Non ædificabis domum, non ſequere hunc, cui res eſt queſtui, tibi non erit queſtui, Non ſit tibi quis exemplo, uerum ſectare uocationem, quæcunq; tamdem ſit, Du muſt dirs nit ordnen. Mane in tuis, nõ proſpice ad alios, falleris.

Ne ſis teſtis fruſtra.

Mendacium Duo genera mendacij proponit. Alterũ quod apertum eſt, alterum quod ſpecie ueri imponit. aperta cuiuſmodi pleræq; ſunt fabulæ detractorũ, qui ſcilicet aliorũ famam lædunt ementitis fabulis. Huc etiã pertinet Chriſti dictum. Nolite iudicare. Sed quom dicit, Nec lactes &c. tangit alterã ſpeciem mendacij .i. Ne cui impones πιθανολογία id eſt, fucato mendacio, ut Saul non eſt elocaturus filiam Dauidi, niſi prius det aliqua præputia, id eſt obijcit eum prius morti ſpecie bona, ut pax publica per ipſum maior fieret. Sic Ioab blande compellat principem militiæ, quom tamen in corde aliud ſentiat. Hodie dicunt, Nihil eſt melius

publica

publica pace, Ergo non ſunt tolerandi iſti prædicatores Euangelij, qui tantum tumultus per Verbũ mouent. At ratio & imbecilles conſcientiæ hoc facile credunt, hæc eſt lingua illa acuta ſic mentiẽs, ſic colorans contra Verbum mendacia ſua.

Ne dicas, quomodo mihi fecit, ſic faciam ei.

Id eſt, ne dicas, Vindicabo me contra Dominũ, qui dicit, Mihi uindictam & ego retribuam. Domini enim tantum eſt uindicare. quando Magiſtratus uindicant, auctoritate Domini faciunt, Eſt enim id ſibi mandatum. ijs qui non ſunt in Magiſtratu non licet uindicare. Deo detrahit gloriã, qui ſe ſapientem facit, ſic ille qui ſe ulciſcitur. Nam hæc ſunt nomina et gloria Dei. Hæc eripiũtur Deo, quando nobis illa uſurpamus.

Vindictam Deo relin quẽdam eſſe

Per agrũ hominis pigri tranſiui.

Hæc ſententia ad laborem hortatur. Vir ſtultus appellatur, qui non nouit Dei uoluntatem. Pollicetur Deus ſe benedicturum terræ, & daturum quibus opus habemus, & ſimul iniungit laborem ad macerandam & mortificandam carnem. Mirum,

Maledicit dominus terræ, tamen laborare iubet

in Geneſi Dominus ſimul maledicit terræ, & præcipit ut laboremus, quomodo hæc conueniunt? Si maledicit terræ, Ergo nihil profert per naturam: bene, quicquid profert fit noua Domini benedictione. Quod iubet laborare, ſignificat ſe daturũ prouentũ. Ignari Dei uoluntatis, dum non uidimus ſemper uberiores prouentus, transferendo nos ad alia, non faciendo opus noſtrum propriũ. Sicut agricola fit Mercator. Alij ſe conferunt ad officia eccleſiaſtica. Et quia non eſt propria eorũ uocatio, fit, ut Dominus non benedicat labori, & uinea Domini ſpinis repletur & urticis, quoniam nihil habent, quo conſcientias confirment.

Vrticæ. Spinæ, maceria deſtructa

Eſaiæ capite quinto. Eccleſia non eſt munita, id eſt, defenſa uerbo, ideo irruunt lupi. Sic hodie iſte ordo eſt confictus, poſtea ille ordo, Sic ſtultiſſima tractabantur, ut tantum non perueniretur ad uerbum. Per rationẽ uolumus nos tueri, tamen ſenſimus non eſſe noſtrarum uirium quicq̃ efficere, id eſt, nos poſſe munire.

Et exemplo didici diſciplinam:

Vt Chri

Vt CHRISTVS *in* Luca, *quom dicit de ijs, qui occiſi ſunt per Pylatum. Item de occiſis per turrim. Sic puniuntur aliqui impij, ut terreantur conſcientiæ infirmæ. Adflictio oſtendit nobis uoluntatem* Dei. *Vexatio dat intellectum.*

Vſq; quo piger &c. parum unq̃ dormies.

Mimeſes ſunt impiorum hominū, ſic enim dicūt ſic ſentiunt eorū corda. Non multum refert ſi iam ceſſabo, potabo cū meis, & illa omittā. Sic noſtri amiſerūt prædicationem uerbi, & ad pompam externā ſe contulerūt. Ego parcam parū mihi, & interim quieſcam. Ille aūt eſt ſedulus, qui nō ceſſat, ſed laborat ſemper, quando reficimus nos humanis conſolationibus et auxilijs idē eſt. Eya non dum eſt opus ut adeo te cōficias labore? Dominus iſtam ignauiā carnalem & ſocordiam taxat. Volt enim nos eſſe feruētes ſpiritu, & ſedulos in labore. Quibus ſua ſtudia male ſuccedunt, quia ignauiter tractant, quia non cogitāt intereſſe Reipublicæ *ſe docere aut diſcere,* Das *alſo uill daran gelegen ſey, als wenn ym eyn* konig *etwas* vorneme.

Ignauiam taxat.

F I N I S.

CAP. XXV.

Gloria dei eſt celare uerbum.

Quæ ſit gloria Dei.

GLORIA DEI EST, *eius ſapientiæ, iuſtitiæ, & potẽtiæ cognitio, quæ quia ſunt alia q̃ mundi ſapientia & iuſtitia, & noſtrã gloriam confundũt, ideo magnifit Deus, ideo et fiditur, ideo timetur, ut Pſal. inquit. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci, ut iuſtificeris &c.* Et Ro. *tertio, ad oſtenſionẽ iuſtitiæ eius in hoc tempore, ut ſit ipſe iuſtus.* Et ad Colloſſ. *uocat myſterium abſconditũ.* Quod *ſi non celaret nos ſuam ſapientiam & iuſtitiã* Deus, *hoc eſt, Si iuſtitia & ſapientia* Dei *eiuſmodi eſſet, quam caro comprehẽderet, nec intereſſet inter noſtra iuſtitiã, &* Dei *iuſtitiã,*

caro ſe

caro ſe glorificaret, Deum nõ cognoſceret: quemadmodum nec norunt hypocritæ, quia fidunt ſua prudentia & iuſtitia, ut Eſaiæ quarto, Sapientia & ſcientia tua decepit te, & dixiſti in corde tuo, Ego ſum, & præter me non eſt alius. Item, Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum. Eſt itaq; ſententia, Gloria Dei eſt celare Verbum, id eſt, ideo cognoſcitur Deus, quia eius eſt alia ſapientia, alia potentia, alia iuſtitia mundo ignota. Mundus non ſentit Deum præſto adeſſe et paſcere & regere omnia, id potentia eſt. Item mundus nõ ſentit quo conſilio glorificet nos Deus, ut Iſraelitæ non ſentiebant fore, ut per crucem glorificarentur &c. Item mundus nõ ſentit iuſtitiã eſſe fidem, ſed ſuam hypocriſin prædicat.

Gloria regum eſt hæc inquirere ſeu experiri. Mundus gloriam ponit in ſua ſapientia & iuſtitia. Sed ea gloria confunditur, ſicut Achas periit, quom uellet conſulere rebus ſua prudẽtia, accerſens Aſſyriorum auxilium. Rurſus Ezechias omiſſis ſuis conſilijs, tantum expectat à Domino opem, itaq; uincit. Quia hic de ea gloria loquitur, quæ non confunditur, de qua in Pſal. dicit, Vniuerſi qui te expectant non confundentur.

De gloria carnali inquit Eſaias, gloriam carnis eſſe perinde ac florem agri. Eſtq; ſumma Gnomes Reges glorificabuntur, ſi gloriam Dei norint. Reges bene habebunt, ſi gloriā Dei norint. Male habuit Saul, poſteaq̄ diffidere Deo cepit, bene habuit Dauid, quia fidebat.

Vincere cum poſſis, interdum cedeſodali.

Cœlū ſurſum, & terra deorſum.

Primum. Nec reges ipſi in poteſtate ſua cor habent, iuxta illud ſupra capite XXI. Sicut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini. Deinde quia Dominus regit eorū corda, fruſtra ſumpſeris tibi, fallere regē, ut ſupra cap. XVI. Diuinatio in labijs regis &c. Sunt enim qui ſpecie recti regibus inſidiantur, qui impia conſulūt ſui uentris cauſſa, ut ſatrapæ Darij in Daniele. Hos abſterret hæc ſententia, ne confidant ſucceſſuras fraudes, propterea quod Dominus dirigat cor regis pro ſua ſapientia, quam deprehendere impij non poſſunt. Huc pertinent etiā Gnomæ capitis uigeſimi, Sicut aqua profunda &c. Id eſt, quanq̄ humana ſapientia ſtruat inſidias pijs, tamen pij deprehendunt.

Cor regis in poteſtate Domini

Aufer rubiginem de argento.

Pſalmus CXXVI. exponit hanc Gnomē, eſtq; ſententia,

ſententia, humana conſilia non ſuccedere, neq; quicq̃ fortunari, niſi benediat Dominus. *Et quemadmodum rubigo ferrum conſumit, Ita impietas ſeu maledictio corrumpit quamuis ſpecioſa cõſilia. Erat & Saulis ſpecioſum conſilium, quom Gabaonitis bellũ inferret, ſed non fortunauit dominus.* Rubigo

Ne glorioſus appareas coram rege

Vera humilitas eſt hic deſcripta, & enarrat Chriſtus Lucæ XIIII. *Recumbas in nouiſſima loco. Fides primum, nos infra omnes deijcit, ut ſentiamus uere nihilo nos melius meritos eſſe corã* Deo, *q̃ Iudas, aut ſimiles. Ita fit, ut & charitas ſeruiat omnibus. Hanc humilitatem præſtare ratio non poteſt, quia de meritis, de prudentia ſua ſibi placet, & præfert ſe alijs. Ne glorioſus appareas coram rege, id eſt, ne præferas te regi.* Humilitas

Quæ uiderũt oculi tui, ne ꝓferas in iurgio cito, ne poſtea &c.

Ne facias quicq̃ quod poſtea proximum tuum cõfundat. Grauis eſt ſententia, quom de doctrina ſtatuimus, ibi eſt periculũ, Ideo non properemus. Nam properare eſt aliquid facere non uocati ſine fide, & omni ſenſu pietatis. Non properandum eſſe in iudicando

Magis eſt nobis uigilandum ad dexteram q̃ ſiniſtram, ubi Satanas impellit, ut infamet & dehoneſtet Euangelium Dei. Cadunt enim à latere tuo milia, ſed à dextris decem milia. Ideo non ſtatim properandum eſt, ne Satanas nos ſeducat, ergo fidendum eſt Deo, non temere obſequendo cuiquã.

Cauſſam tuam tracta cũ proxio

Sinamus de nobis iudicari

Fides impetrat à Deo omnia, & expectat quibus opus eſt, et impetrat oĩbus, iuxta illud. Omnia ſunt ſubiecta pedibus eius: & Matthæi ſexto. Hæc oĩa adijcientur uobis. Et Pſal. quĩquageſimo quarto Iacta ſuper Deum curam tuam, & ipſe te enutriet. Rurſus charitas ſubijcit nõ fidem, ſed uſum rerum externarum, facitq́; ut in uſu rerum externarum ſeruiamus alijs, cedimus alijs, patiamur de nobis iudicari. Ideo hæc ſententia primum iubet, ut de nobis iudicari ſinamus. Deinde, ne arcanum committamus alijs, hoc eſt, ne fidamus hominibus. Fidunt autem non modo ij, qui carnale auxilium expectant, ſed etiam qui aliorum iudicio de Verbo Dei credunt.

Mala aurea in lectis argenteis.

Sicut

Sicut Euangelium adflictæ conſcientiæ prædicatum probatur, reliquis eſt fabula, Ita & lex prædicata audiẽtibus probatur, & agnoſcunt ij ueram eſſe uocem Dei*, qua condemnamur adeoq; teſtimonium* Deo *perhibent.* Quod *non poſſunt, qui nõ ſunt ex* Deo*, ſed potius accuſant* Deum *mendacij, quom damnat noſtras iuſtitias.*

Inauris aurea & margarita fulgens.

Interpretatio quæ proficiſcitur ex ſapiente, eſt nobile quiddam. Hoc *eſt,* Euangelium *prædicat remiſſionem peccatorum, ſimul & pœnitentiam.* Iohannes *baptiſta prædicat pœnitentiam, qui id audiunt, id eſt, credunt, illis uerbum hoc eſt inauris aurea.* Rurſus *præfractæ conſciẽtiæ, frontes æneæ dicunt, quid peccauimus, non peccauimus ut tu dicis,* Deus *omnino eſſet iniuſtus, ſi non uideret noſtra bona opera & conatus.* Nõ *poſſunt cõcipere in animo, aliter ſentire* Deum*, & iudicare humanam rationem.* Commendatio Verbi

Nubes eſt qui gloriatur in munere ementito.

Ingentes pollicitationes

Multa promittere, non præſtare autem quicq̃.

Non poteſt fieri ut caro non prædicet ſuam ſapientiam & iuſtitiam. Nam illa ſunt ſuprema dona naturæ, & illa non poteſt non prædicare. Id autem non modo facit in rebus craſſis, ſed etiam in rebus diuinis. Nam dicebant ſic, Si modo conaberis, tu adſequeris quod uis apud Deum. Chriſtus autem dicit, ſine me nihil poteſtis facere, per me uincetis carnem & mundum. Caro dicit, hæc eſt iuſtitia uera ſic honorare Deum, & hoc facere &c. Alij abijciant Ceremonias, ſed nouas quaſdam comminiſcuntur.

Ille dicit, Ego Dominus Deus tuus zelotes, id eſt, ego te tueor, defendo, nutrio, & omnia facio. Caro dicit, non eſt uerũ, Ego, quod fit, meis uiribus paro. Diligere & timere, eſt colere Deum, id quod iſthic expreſſit.

In ementito, id eſt, hypocritico cultu. Nam nobis ipſis placet iſte fucus, blandimur in eo nobis ipſis. Itaq; hypocriſis eſt uentus & nubes ſine pluuia, id eſt, fide. Hoc ſimili uſus eſt Iudas in Epiſtola ſua. Nubes ſunt ſine pluuia illi carnis prædicatores, eorum doctrina eſt ſterilis, nihil habet. Phariſæi uere ſunt nubes, quia nec fides, nec charitas, nec timor Dei in illis eſt.

Nubes ſine pluuia

Sicut

Sicut frigus niuis in die meſſis.

Admonet nos charitatis, ut faciamus quod illi uolunt à nobis fieri. Illi committunt tibi liberos, expectant igitur ex te, ut diligenter inſtituas, Ideo fac ipſum quod expetitur à te. Qui prædicāt, debent mandatum Dei ferre ad populum, uti Moſes fecit. Quibus Reſpublica cōmiſſa eſt, publica pax tuenda eſt, ergo hoc ipſum faciant. Simile

Nihil eſt gratius frigore in æſtu, ſic grati ſunt illi qui charitatem præſtant, id eſt, faciunt ea quæ ex illis expectamus. Nos autem fidem iactamus, uerum non exercemus uim eius, Imò ignoramus, ſicut ſeruus ille dormiens in Euangelio dormitat, ſic nos. Epiſcopos uero inſectamur qui non prædicant, interim nos nihil facimus, nō uidemus manticæ quod in tergo eſt. Multo plus intereſt Reipublicæ quàm alicuius imperatoris aut principis, nos uere & recte docere.

Patientia lenietur princeps.

Cedendum eſt. at non cedendum eſt de Verbo Dei, ſed de ijs quæ ſunt tua, & humana. Si quis tibi abſtulerit tunicam, permitte illi & palliū. Plures uincuntur æquabilitate q̃ duricia. Lenitas

Impie hodie docent Principibus non præſtanda eſſe tributa. Nos non peccamus, qui uim patimur, ſed illi à quibus patimur, peccant. Omnia cedimus proximo noſtro, præter arcanum, id eſt fidem, qua ſola apud Deum nobis eſt agendum.

Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi.

Mel Verbum dei ſignificari *Melle ſignificari Verbum Dei nõ dubiũ eſt, Eſa. ſeptimo. Butyrum & mel comedet: & ſupra uigeſimoquarto. Comede mi fili mel. Porrò quom præcepit tantum comedi, quantum ſatis ſit, ne reuomamus ubi immodice comederimus. Monet Verbũ Dei tum ſalutare eſſe & fructus facere, quando eſurientes hauriunt & paſcantur, ij ſentiunt ſe ſtultos ignorantes Dei & peccatores eſſe, ideo uerbo paſcuntur & eriguntur. Quando uero carnaliter auditur, ubi caro Verbo Dei abutitur ad ſuam prudentiam & iuſtitiam probandam. Facitq; ex uerbo, ut ait Propheta, imagiunculas maſculinas, ſic enim ſentit caro, Verbum Dei propoſitum eſſe, ut noſtris uiribus ei ſatisfiat. Itaq; conatur præſtare legem, Dei uoluntatem humano captu æſtimat. Vacat timore. Nam legi ſe ſatisfacere putat. Vacat et*

fide,

fide. Nam à ſua prudentia expectat omnia, & fidit creaturis: ubi uero tentatur, mox accuſat, & blaſphemat Deum *palàm, negat tum iuſtum tum miſericordem eſſe, aut nos reſpicere, ut filij* Iſrael *clamant,* Eſt ne Dominus *inter nos an non?* Sic & *infra ait.* Qui *multū mellis comedit, læditur.* Sic *ſcrutator maieſtatis opprimitur à gloria,* Deus *uult* Verbo *credi, etiam utut tentatio in diuerſum rapiat, ut uolebat credere* Iſraelitas *fore, ut* Canaan *peruenirent, quamuis magnæ hoſtium uires eſſent.* At *ratio argumentatur de* Verbo Dei, *& tantiſper probat, dum creaturæ conſentiunt, ſed ubi creaturæ auerſantur reuomit.* Tales *ſunt* Neophyti *ſpiritus, qui* Verbum *primū cum gaudio accipiūt, ut* Matth. *tredecimo inquit, ſed reuomunt in tentatione. Sunt autem hæ ſimilitudines acceptæ ex* Leuitici *ſecundo, ubi præcipitur, ut in omnibus ſacrificijs ſal adhibeatur, nunq̄ mel aut fermentū, hoc eſt,* Verbo Dei *præcipit mortificari nos, uetat abuti* Verbo Dei, *ut noſtram prudentiam, aut noſtram iuſtitiam probemus.*

Iaculū & gladius & ſagitta acuta &c.

Vulgare eſt, ut in omnibus ferè angulis ſint qui

In eos qui falſum teſtimoniũ perhibent

calumniantur. Item quicunq; dicunt eſſe diſſenſiones ex Euangelio, hi falſum teſtimonium dant contra Euangelium. Sic loquere de omnibus cõmunibus cauſſis. Item qui docentes mali ſunt, quorũ uitæ cũ Euãgelio nõ cõuenit. Hi quoq; falſum teſtimoniũ dant. Multo facilius fuit prædicare Euangeliũ tempore Apoſtolorum quàm nunc. Nam tum præſenti perſecutione illi porci, id eſt, iactatores Euãgelij cogebantur cedere, quod hodie non fit. Nam docere uolunt, quom nihil habeant aut Euangelij in corde, ſed uita etiam eſt peſſima. Sunt & blaſphemæ tales uoces, quæ Chriſto dictæ ſunt in cruce, Deſcendat de cruce, Veniat Helias &c.

Dens putridus & pes laſſus, fidere contemptori in die anguſtiæ.

Vana fiducia

Maledictus qui confidit in homine. Non credebat ſe Chriſtus hominibus, quía ſciebat quid eſſet in hominibus. Nemo eſt omniũ hoĩm qui non poſſit coargui hoc peccato. Non ingreditur homo in caliginem fidei, id eſt, nõ uult cernere quæ ſunt fidei abſcondita, ſed cernit præſentia, homines qui tueãtur eum. Eſt aũt hoc periculoſiſſimum in prædicatoribus Euangelij. Hi ſunt dẽtes putridi, id eſt

Dentes putridi

qui non faciũt officium ſuum. Et pedes laſſi, id eſt non ingredientes. In ſilentio aũt eſt ſpes .i. ſuſtinere manũ Domini, id quod ipſe uolet, faciat, ubi fides, ibi ſuſtinetur manus Domini. Qui non habent penſi uoluntatem Dei, ij ſunt cõtemptores. In die tribulatiõis fiet manifeſta horũ hoĩm diffidẽtia. Pedes laſſi

Perinde atq; lacera ueſtis &c.

Impij non audiũt Verbo Dei, magisq; irritantur quom increpat Euangeliũ. Sic de canibus praecepit Dominus in Euangelio: & ſupra, Qui docet ſubſannatorẽ conſciſcit ſibi malũ. Et Paulus relinquere iubet ἀυρκαταχρίτους *poſt unã atq; alterã monitionem. Idem monet & haec ſententia quom dicit, Prauo cordi fruſtra cantari. Sic in Pſal. LVII. uocat ſurdas aſpides. Parabolae uero ſignificant nihil ꝓfici apud ĩpios. Nã ut ueſtis lacera nihil prodeſt in frigore, ſic & fruſtra canitur ſurdo. Verũ et hoc ſignificatum eſt, quod uerbum impij dilacerent in ſectando & infamãdo. Deinde nitrũ per ſeſe acre eſt. Perinde atq; animis phariſaicis nihil eſt acerbius neq; amarulentius, rident & infamant Euangelium. Iam ſi nitro addas acetum, auxeris acerbitatem. Plinius author eſt, In plaeriſq; remedijs acribus acetum addi nitro. Porro quom Euangeliũ* Nitrum

audiunt impij, irritãtur magis, ſicut eſt cernere in Actis Apoſtolicis in Stephano.

Si eſurierit inimicũs tuus.

Calamitas proximi

Vindicta prohibetur, & fit mentio calamitatis proximi, quaſi ſic dicat, quom calamitas aliqua proximũ perculerit, miſereſcat te eius. At caro ſolet in ſinu gaudere, ut maxime ſimules uindicare nolle, tamen clam gratulatur ſibi illius exitium. Hunc affectum damnauit & ſupra capite uigeſimoquarto, Si lapſus fuerit inimicus tuus, ne gaudeas. Caro enim calamitoſis inſultat, ſicut Semeias inſultabat Dauidi. Primum itaq; cordis humani uiciũ damnat, deinde adijcit, Cõgeres ſuper caput carbones id eſt, efficies ut ille condemnet ſeſe. Poſtremo addit Dominus, Reddet tibi, qua ſententia fides confirmatur, ut ſentiamus & manu Domini illum adfligi, & nos integros eſſe.

Ventis aquilo diſſipat pluuias.

Aquilo ſerenator

Quemadmodum aquilo ſerenat, diſcutit, & pellit nubes, ita ſeuerus uultus reijcit linguam mendacem & pudefacit. Parabola non eſt ignota. Scitis aquilonem eſſe ſerenatorem, quemadmodũ Homerus

merus eum uocat. Sed quid eſt facies & uultus triſtis? Hæc ſententia eſt accepta à communibus moribus. Qui blandiuntur, iſti aucupantur uel aptant ſui ſimiles, id eſt, homines leues, qui facile audiunt & mouentur aſſentatiuncula, mendacijs, calumnijs, & huiuſmodi. Contra, non admittunt hos illi qui uidentur paulo ſeueriores, non quod ſeueritas in uultu aliquid faciat ad rem (nolite credere fronti, frons enim fallit) ſed eſt inde acceptũ exemplũ, quo moneamur, apud quos ualeat lingua mendax, & apud quos non. Valent autem linguæ mendaces apud omnes homines, qui non ſunt præmuniti ſpiritu fidei uel Verbi. Sed dicit Pſalmus abſq; diſcrimine. Omnis homo mẽdax. Sunt & linguæ mendaces, non tantum qui detrahunt, ſed etiam impiorum doctorum, de quibus Paulus pri. Corinthiorum duodecimo. Eratis aliquando Gentes & ſimulacra muta, utcunq; ducebamini, ſequentes &c. Sicut nobiſcum uidiſtis actum, ſequebamur quorſumcũq; uocabamur & petebamur, Satanæ inſidijs, tanq̃ urbs, quæ nõ eſt cincta mœnijs.

Apud quos ualeant linguæ mendaces

Melius eſt ſedere in angulo domatis uel tecti &c.

Laudata conditio humilis cum pace

Hæc ſententia ſupra tractata eſt, & nihil aliud ſignificat q̄ meliorem eſſe conditionem humilem & uilem cum pace, q̄ ſplendidā & amplam ſine pace.

Non facit hic mentionem, quod nos qui ſumus fex mundi uiuamus quietiores & tranquilliores, quàm Principes & Magiſtratus, ſed de uera agit pace. Nos quoq; habemus noſtra incommoda, non inuenimus in rebus pacem, ſicut nec ipſi, ſed oportet habere pacem in Verbo Dei, aut omnino pace carebimus. Supra quoq; tractata eſt eadem ſententia, ſed alijs uerbis, ſatius eſſe uocari ad olera cum tranquillitate, quàm cum iurgio ad ſplendidiſſimas epulas & lauta conuiuia.

Pax

Item melius eſt humiliari cum Sanctis, quàm exaltari cum impijs. Quid autem ſit pax Apoſtolus exponit ad Colloſs. Pax inquit Dei regnet in cordibus ueſtris, Roma. quinto. Iuſtificati per fidem, pacem habemus. Quid tandem eſt pax in corde? eſt ſuſtinere manum Domini, & non murmurare aduerſus Dei uoluntatem. In omnibus enim aduerſitatibus blaſphematur nomen Dei. Mundus iniquo animo fert omnia, nemo fert ſuam ſortem. Sic ille ait. Qui fit Mœcenas ut nemo &c. Itaq; non habent corda pacem. Ille ægrefert ſuam uilitatem, cupit

tatem, cupit euehi ad ſubliniora. Item, iſte laborat hoc morbo, alius alia ualetudine, & non fert ſuam quisq; conditionem. Sic Deus dans Iſraeli terram, ducit primum eos per deſertum in multa diſcrimina, murmurabat aduerſus ea. Illud murmurare eſt non habere pacem, quia non fertur uoluntas Dei. Dauid eiectus è regno, non ægrefert. Saul rurſus dolet obſcurari ſuam gloriã à Dauide, habet eum pro inſidiatore, ideo perſequitur, & eius cor non habebat pacem, id eſt, non credebat hanc eſſe uoluntatem Dei, ipſum Dauidem ſurrogari regno: hoc noſſe, eſt ſciẽtia Chriſtiana. Mundus hæc non uidet, uidet Saulem perſequi, Dauidem ferre illa, ſed non intelligit quor id fiat. Sic rari ſumus qui agnoſcamus uoluntatem & manum Domini. In angulo domatis, id eſt, anguſta parte ędium, quàm in amplis diuitijs, et ſucceſſibus proſperis rerum cum iurgijs & inquietudine cordis. Pax eſt comes fidei, Roma. quinto.

Aqua frigida animæ ſitienti.

Commendatio eſt Euangelij, ſupra quoq; tractata eſt ſententia, de bono nuncio & iucundo animæ laſſatæ.

Fons turbatus pede &c.

Ludicium mundi de ſanctis

Sententia hæc iudicium mundi de Sanctis nobis deſcribit. Sic enim iudicat mundus de ſanctis, quia Sancti omnes deijciuntur coram mundo & adfliguntur, ideo non reſpici à Deo putat, ſed oportet nos ſimiles fieri filio Deo, id eſt, cum eo pati & glorificari, quod quom fit, mūdus iudicat eſſe damnatos, & actum eſſe de eis. Non uidet adeſſe Deū qui iuuet, & dicunt illi, filium Dei ſe fecit, deſcendat de cruce, ut hodie dicitur, homo eſt Euangelicus, eruat, ſi poteſt, ſe ex hoc malo. Sic abſcondit Deus gloriam ſuorum à mundo, facit aquam, quæ erat prius pura, turbidam. Mundus dicit earum aquarum non eſſe aliquem uſum. Sic regit Deus ſuos. Magnum ſcandalū fuit in Dauide ipſi Verbo Dei, quod pecat, quod eijcitur è regno, qui erat uir Dei, ut ſentiebat mundus, ſicut reuera fuit, ille fœdiſſime pecat. Sic abijciuntur in eam ſpeciem ſancti, ut mundus dicit, omnino eſſe eos malos, damnatos, & penitus abiectos, hunc in modum iudicat mundus de cruce.

Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum.

Timore

Timore et fide apprehenditur pater, Sicut Chriſtus dicit. Nemo uenit ad patrem niſi per filium. At caro prius uult uoluntatem Dei ſcire quàm credere aut timere, & in aduerſitate ſcire uolunt Iſraelitæ priuſquàm credãt, q̃ fœliciter intro ducturus eos ſit in terrã. Sic in uniuerſum fit in omnibus tentationibus, ſigna quærimus & uoluntatẽ Dei aliter explorare conamur quàm per Verbum, prudentia carnis apprehendere Deum ſtudet carnalibus iuſtitijs, & carnali cogitatione, quæ fallunt & fruſtrantur nos in tentatione.

Qui carnaliter ſcrutatur uolũtatem Dei, ille opprimitur, ſicut qui nimium mellis edit, ille euomit.

Sicut urbs patens.

Liberi Arbitrij deſcrip.

Deſcribit noſtrũ Liberum Arbitrium. Nos patemus peccato & omni malo. Nam munimentũ non habet hæc ciuitas. Eſt aũt hæc munitio, uerbum. Nihil uiriũ in nobis eſt aduerſus peccatum & inſidias Satanæ. Caro nõ poteſt ſe tueri aduerſus hæc omnia. Sumus perinde ac urbes nõ cinctæ mœnibus. Sic Eſaias de macerie deſtructa. Irruerunt in Eccleſiam deſtructam lupi, quia non habebamus munimentum Verbi aduerſus eos.

FINIS.

CAP. XXVI.

Quomodo nix in æſtate.

Vſus donorum

HAEC SENTENTIA *taxat abutẽtes donis Dei. Pruinis corrumpũtur adoleſcentes fruges. Ita non competit gloria ſtulto. Huc pertinet illud Euangelij, Omni habẽti dabitur, quæ ſententia hanc Gnomen exponit. Qui donis Dei recte utitur, is in illis proficit. Non habenti etiam id quod habet auferetur ab eo. Sicut Iudæi habent uerbum, tamen uſum uerbi non habent, ſed ad neſcio quæ deſciuerunt. Sic nobis factum eſt, qui uidebamur habere uerbum, ſed ablatũ eſt, et datæ ſunt eæ quisquiliæ ſcholaſticæ Philoſophiæ.*

Sauli datur regnum, ſed illud debebat gerere

ex fide

ex fide, ſiquidem habebat teſtimonium hoc regnum placere Deo, *ſed id non facit, quom impetunt eum hoſtes non audet congredi, eſt iam infidelis eius animus. Quom uidet ſurrogari alium regem, fugit. Sic igitur non competebat ei aliena gloria, ſcilicet quæ erat* Dei. *Nam ea abutebatur, non habuit fidem.*

Sic hodie multi Prædicatores *habent* Verbum, *tamen interim non utuntur* Verbo *recte, ſed uerbo furantur & aucupantur tantum ſibi gloriam, uerum dabunt domino pœnas.*

Tractum eſt à comunibus moribus, Bardi *& ſtulti homines, non poſſunt uti recte etiam dignitatibus & gloria* Dei. *Sic igitur* Simia *ſemper eſt ſimia, etiam purpura induta.*

Quemadmodum aufugit auis & præteruolat hyrundo, ſic ementitũ conuitium non lædit.

Id eſt, non hærebit in eo cui fit, hoc eſt, Ira *præteruolat conuicium, ſicut præteruolat auis.* Vt *eſt uulgaris ſententia,* Conſcia *mens recti famæ mẽdacia ridet.* Nec *omnino diſſimilis eſt illi,* Nihil

Ementita conſilia non lædunt

conſcire ſibi, murus ahæneus eſto. Iſta eſt uox Dei, ementitum conſilium non lædit. Quid uoluit? Vos uidetis nihil perinde metui atq; infamiam, & pro ementito ſæpe conuitio digladiãtur & dimicant homines nonnũq̃ infenſiſſime. Itaq; hic præterq̃ quod aliàs uetuit uindictam, palàm teſtatur, quod iſta calumnia non lædat. Quare? hic eſt ſermo fidei, quia educet Dominus tanq̃ lucem meridianam, iuſtitiam tuam, Pſalmo trigeſimo ſexto. Hic ergo docetur fides, quia pollicetur Dominus fore, ut nõ lædant hæc conuicia. Hic igitur conſolatur patiẽtes pro Euangelio. Nihil eſt omnium rerum in orbe terrarum, quod uirulentius hodie inſectentur homines, uidemus quàm ſint acerbæ hodie iſtæ calumniæ. Ideo nouacula appellantur in ſcriptura, et gladius acutus, ſignificantiſſime itaq; in multis Pſalmis depinguntur: Dicit ergo, nihil moueant iſtæ blaſphemiæ, nam præteruolant, iſta ſunt mendacia, Chriſtus ſolus eſt ueritas ueſtra in qua conſiſtatis, Hac ſententia igitur confirmantur imbecilles aduerſus blaſphemos. Nam futurum eſt, ut eos ſit glorificaturus Dominus, ut quom Dauid tulit calumnias Semeiæ iacientis in eum lapides, tamen poſtea eum multa gloria ornat. Palàm fecit Dominus gloriam ſuam

riam ſuam in Paulo. Nam opus Dei erat quòd iſte humiliaretur, & tandem regnaret tamen.

Flagellum equo & chamus aſino

Supra de uirga mentio facta eſt, quod populus legis regendus ſit legibus. Quis autem eſt populus legis. Primum ſunt omnes qui non habent ſpiritum ſanctū. Deinde hi quoq; non habēt opus lege, qui adhuc ex parte pueri ſunt. Sicut dicit Apoſtolus Caſtigo corpus meum & in ſeruitutē redigo. Qui nondum ſunt robuſti uel confirmati, in quibus nō eſt ſenſus pietatis, iſte populus legis eſt cohercendus, regendus, frenandus, ſubigendus & mulctandus lege. Populus legis quiſit

Sicut equus flagris ceditur, & azinus chamo.

Ita lege cohercenda & regenda eſt caro, ne erret, ne huc uel illuc extra uiā uagetur, hoc eſt mandatum Dei & iuſtitia carnis. Contra illos eſt hæc ſententia qui dicunt, Si nihil prodeſt bene agere ergo licebit omnia facere. Ibi mandatum Dei eſt ut frenetur caro iuſtitijs legis, quam iuſtitiam ipſe approbat in Euangelio. Summa, qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei, alij ſunt lege cohercendi.

Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultí tiam ſuam. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.

Impij poſt unam atq; alterā monitionem ſinēdi ſunt.

Duæ ſunt pugnantes ſententiæ, ſed has Apoſtolus uno uerbo exponit. Poſt unam & alteram correctionem hæreticum hominem deuita. Eſt enim ἀυτοκατάκειρος *quos debemus monere ſemel atq; iterū, tandem ſi nihil profuerit, dimittendi ſunt & ſinendi. Nam ſuo ipſorum iudicio damnati ſunt.*

Stulto, ſcilicet poſteaq̄ declarauerit ſe eſſe ἀυτοκατάκειρον, *nō eſt ei reſpondendū amplius, ſed blaſphemæ iſtorum ferendæ ſunt. Sicut Chriſtus nihil reſpondit blaſphemijs impiorū in cruce, & alijs illudentibus quoq; nihil reſpondit. Apoſtolus in Timotheo uetat rixandi cupiditatem. Videtis in hoc quoſdam mirabiliter feruere, quorum ſtudia ſunt, ut rixentur, iſti ſatis declarant quid habeant Euangelij.*

Reſponde ſtulto íuxta ſtultitíam ſuam.

Id eſt, Coargue eum aliquoties, mone eum. Si noluerit poſt binas aut ternas admonitiones, dimitte eum

mitte eum. Hæc CHRISTVS. *Matthæi decimo octauo docuit. Si peccauerit in te frater etc. ſit tibi ethnicus.* Et dicit *diſerte, ne ſimilis ei uidearis.* Grauiſſima *ſpiritus* Dei *comminatio uetat rixari cum eis, id eſt, ſtultis & impijs minatur, ne ipſi quoq; peccemus, ſicut & illi, ſi rixauerimus.*

Sicut factũ eſt in exordijs Eccleſiæ, *ubi ceptũ eſt rixari cũ hæreticis Arrianis, Pelagianis, orta eſt diſputatio ex diſputatione, rixa orta eſt ex rixa pertinaci, cum multorum imbecillium & ſcandalo & ruina. Sic uetat ſpiritus hic reſponderi ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam, ne ei ſimilis uidearis, id eſt, ne nos quoq; ueritatẽ amittamus. Sicut & illi omiſſa doctrina ueritatis certant. Si credimus enim eſſe* Verbum Dei, *magnificiendum eſt, & non deſerendum. Si non credimus ſtulte fit pro eo longa & periculoſa diſputatio.*

Claudus pedibus & iniqtatẽ bibens

Sic erat uertendus uerſiculus. Truncat pedes & iniuriam patitur, id eſt, damnum accipit, qui mittit conſilia per nuncium ſtultum. Sententia eſt. Ille ſibi truncat pedes, qui cõſulit ſtultum, malumq; conſiſtit ſibi, qui conſilia committit fatuo.

Truncare pedes

Trunare pedes, eſt rem impedire, nõ explicare. Summa ſentẽtiæ. Taxantur infideles magiſtratus, Doctores, & conſultores. Perinde eſt ſi malũ conſulas doctorem, ac ſi tibi ipſi trunces pedes. Talia ſunt cõſilia impiorum &c. quæ carni uidentur optima, & quæ nos magnopere amplectimur. Mundus enim diligit optima uitæ genera in ſpeciem. Vt qui hodie filijs pararunt ſacerdotia ut commodius & quietius uiuerent. Illi igitur qui parent huiuſmodi conſilijs, ſibi ipſis truncant pedes, ſeipſos dant exitio, & ut prouerbio dicitur, Se ſuo iugulãt gladio. Impij doctores quoq; perdunt Eccleſiam malis conſilijs, & humanis perſuaſionibus, ideo in ſuis negocijs maledicũtur. Rurſum qui Verbo Dei conſulunt Eccleſiæ, ij à Domino benedicuntur. Abſolon regnũ patris adfectauit conſilio mundi, qui eius intentum probabat, Dominus aũt maledixit ſuo conſilio, hinc & ſe & ſuos hoc conſilio perdidit. Saul poſtq̃ Dauidem perſecutus eſt, multos ſanctorum aliorum conſilio occidit, male autem res illi ſucceſſit. Sic doctores impij, docẽtes conſcientias operibus pacari, multos ſeducunt dicentes, pax pax, ubi nõ eſt pax. Sic faciunt ut conſcientiæ perdantur, quæ peccant aut deſperatione

aut uana

aut uana fidutia. Nuncij dicuntur, qui mittũtur, qui ſuas exequuntur uocationes. Verum hic dicuntur nuncij impij. Nuncij

Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias &c.

Sic expono. Quemadmodum claudus infœliciter promouet pedes, Ita nec ſtultus ſententijs, Es will im nit von ſtaten geben. Impij enim nõ poſſunt oportune uti Verbo Dei. Eſaiæ uigeſimonono ſcriptũ eſt de neſciente literas, hoc eſt, de eo qui non intelligit Verbum Dei. Abuſus ſcripturæ

Vt uidemus hodie qui uerbum citant præter ſpiritum, etiam ſi germanam habeãt interpretationẽ ac ſententiam, nihil tamen aſſequuntur, ut qui citarunt ſententiam de æterna ſapientia, ad Matrẽ uirginem referendam eſſe, iſti germanas ſententias ſcripturæ non ſunt adſequuti. Germanus uſus uerbi eſt in tentationibus magnis, quem impij non habent, ideo falluntur, hãbentes tantum aliquam pro ſe ſententiam, cui inhærent, ſe decipientes. Vſus uerbi

Fit enim ſæpe ut cor capiatur aliqua ſentẽtia, ſed interim neſcit, quo ſe uertat, ut multi hac ſententia, Diligenter agnoſce uultum pecoris tui, ad con

feſſionem traxerũt ignorantes. Vulgo dicitur. Harniſch iſt gut, ſo du in brauchen kanſt. Sic Verbũ Dei eſt uiuificum & ſalutare, bene utenti, exitiũ autem & mors, ſi eo male uſus fueris.

Nonnulli audiunt præceptum in ſacris literis, ut demus eleemoſynam, ſtatim concludũt, ex eleemoſyna eſſe iuſtitiam, & non ſolum ex fide. Hæc ſententia non tantum habet locum in impijs, ſed etiã in imbecillibus conſcientijs, quibus maxime opus eſt, ut Verbo Dei firmentur.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii.

Statua ſiue aceruus Mercurij apud Græcos dicebatur lapis erectus in ſignum & diſcrimẽ uiarum. Eſt hæc aũt ſententia, Si ſtultum honore adficias, perinde eſt, ac ſi lapidem in aceruum conieceris, id eſt, ſtultus non intelligit ſe honore affici, ſicut aceruus non cognoſcit in ſe conijci lapidem.

Acervus Mercurij

Dona Dei cõtemnuntur ab impijs

Alij de funda expoſuerunt hanc ſententiam. Sicut qui in fundam ponit lapidẽ, quæ ſtatim excutit eum, ſic ſtultus factum honorẽ ſtatim obliuiſcitur. Dictum eſt de impijs, qui non intelligunt dona Dei, ut Dominus in Prophetis cõqueritur, Eſa. primo,

Hieremiæ

Hiere. quarto, Et in Euangelio, de ſeruis quibus talenta commiſerat rex, non aduertunt ſe honore adfici à Deo: ſicut & hodie nobis dictũ eſt purum Dei Verbũ, tamẽ dona hæc Dei nõ capimus. Vnde Saul regno præfectus nõ intelligit negocium ſuum ſibi à Deo datũ, cepit carnaliter intelligere regnũ, abuſus eſt Dei donis, quia cogitabat quõ regnũ ad poſteros ſuos ſtabiliret, & regnaret more gentiũ. Summa ſententiæ. Ne ipſi quidẽ impij, qui habent intelligunt dona Dei. Eſt etiam gloria crucis, quẽ pauci honorem eſſe intelligunt. Huc pertinent in Prophetis oĩa, ubi Dominus conqueritur ſuam uoluntatẽ à populo nõ intelligi, itẽ beneficia et dona contemni. Multi ſe adfligũt, macerãt, ſed nõ intelligũt eſſe Dei uoluntatẽ, ſicut nec populus Iſrael quem Dominus in deſertũ ex ægypto duxit, intelligere potuit in hoc Dominũ uoluiſſe ſuam potentiam, beneficia et dona oſtendere, Ideo non intelligentes murmurabãt, uolẽtes potius in ægypto eſſe.

Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti.

Spina in manu temulẽti.

Illi ſeipſos lædũt, q gerunt ſpinam. Sic impius qui uerbum tractat, ſuo ſe gladio iugulat, citando

ſæpius contra ſe ſcripturas, quas pro ſe eſſe putat.

In ſcripturis, hiſtorijs, & hodiernis factis Dominus impios ſic dimittit, ut ſeſe mutuo cõficiant, qui oppugnant pietatem & pietatis doctrinam, ut etiam ſententias, quas contra alios citant, contra ſeipſos demum ſentiant, Ideo recte dicit. Spinam in manu temulenti.

Iudiciũ determinat cauſſas &c.

Nihil huius eſt in Hebræo, Ego ſic uerti. Potens prophanat omnia, & ſtultus ebrius inebriat prætereuntem. Potens, id eſt, magnus, Eſt commune prouerbium. Qualis princeps, tales ciues in ciuitate. Qualis Princeps, talis populus.

Scriptura uocat magnos, Potentes, Gygantes, uulgari ſentẽtia, qui ſtatu ſublimi conſtituuntur. Et impij qui ex humana iuſtitia inflantur, & contemnunt iuſtitiam fidei. Quales ſunt doctores impij ſiue quicunq; regnant potentes, ut dicit Micheas, illi commiſcent & perturbant omnia. Et Ebrij inebriant, quia omnia faciũt ſuo arbitrio & ſapientia, ſapientiam Dei contemnentes & ſcripturam. Probant iuſtitias carnis & ſua, ridentes quæ fidei ſunt, de his uide Michea ult. Magnus locutus eſt

deſyderium

deſyderium animæ ſuæ. Hi qui regnant & docent impia, ij ſimul prophanant alios, Ideo ſequitur, ſtultus ebrius. Porrò de principum ebrietate queritur Eſaias uigeſimo octauo. Et Oſeas VII. Ceperũt Principes furere à uino. furunt, à iudicio enim carnis ſeducti cogitãt, habes opes, ergo hæc per libito tuo facies. Hæc doctrina turbat, ergo eſt mala, eſt humanum cõmentum, eſt contra nos, ideo expugnabimus eam, ut factũ eſt tempore Martyrum ab imperatoribus Romanis, ſic & hodie ab Epiſcopis noſtris.

Sicut canis qui reuertitur ad uomitum ſuum.

Nouiſſima prioribus peiora

Hanc ſententiam interpretatur ſecunda Epiſt. Petri capite ſecundo, Sunt iſti qui poſt agnitam ueritatem, relabuntur ad priora. Et eſt atrox comminatio, ubi dicit nouiſſima peiora fore q̃ priora. Et Chriſtus quoq; exponit Matth. duodecimo, ubi loquens de ſpiritu immundo redeũte poſtq̃ exierat, dicit quod poſteriora hominis illius fiunt peiora prioribus. Alij late exponunt hanc ſententiam. Abominabilius enim eſt id quod euomuiſti iterum uorare, q̃ ſi continuiſſes. Sic quoq; grauius poſt

agnitam ueritatem relabi. Hanc blaſphemiam reſpexit qui Epiſtolam ad Hebræos ſcripſit, Impoſſibile eſſe &c. Sed non dicimus omnia peccata eſſe blaſphemiam, quom etiam ſancti ceciderunt, Dei iudicio permittente eos labi. Loquimur autem hic de ijs, qui præfracte pecant & blaſphemant. Et ſi hoc agnoſci nõ poteſt, tamen ex fructibus cognoſcitur, quom abijciũt Euangelium, contemnunt Dei gratiam. Ex quibus iudicamus eos canes ad uomitum reuerſos, de quibus hæc ſententia loquitur.

Peccatum in ſpiritũ ſanctũ

Vidiſti hominẽ ſapientẽ ſibi uideri, de ſtulto melius ſperes q̃ de eo.

Id eſt, De ſtulto melius ſperes, q̃ de eo qui ſapiens eſt in oculis ſuis. Dominus in Euangelio exponit hanc ſententiã, quom dicit, Publicani & Meretrices præcedent Phariſæos in regnum celorum. Eſt autem hæc ſententia, quod Dominus abſcondit ſuam ſapientiam à mundi ſapientibus, ut dicitur Matthæi undecimo, Sapientes mundi ſunt qui ſibi ipſis placent, arrogant ſibi iuſtitiã & ſapientiam, ut Phariſæi qui dicunt ſe noſſe & colere Deum uerum, putantq; ſe uerum populum Dei, ut in Iohanne uides, ubi Iudæi ſe iactant filios Abrahæ, et

non ſe

non ſe genitos ex fornicatione, per quæ omnia contendunt ſe eſſe uerum populum Dei, *qui norint recte* Deum *& uere colant.*

Paruuli igitur concipiunt Verbum, hi ſe agnoſcunt peccatores, audiunt Euangelium *& conſolantur. Phariſæi autem non uident peccatũ ſuum, ideo Verbum non concipiunt, nec conſolationem accipiunt, quia ſuam iuſtitiam prætendunt, qua ſe opponunt iuſtitiæ & ſapientiæ* Dei. *Quare Chriſtus dicit, Nõ ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Ideo deſtruit hæc ſententia hypocritas, præferens peccatores.*

Prædicatio euangelij paruulorum eſt.

Dicit piger, leo eſt in uia &c.

Pigri

Supra ſæpe dictũ eſt de pigris. Vocat autem pigros, qui crucẽ faſtidiunt & metuunt, quales ſunt iſti, qui metuunt facere uocationẽ ſuam, eo quod uident hominum iudicio Euangeliũ *damnari & improbari. Seruiunt iudicio humano, nõ prædicant ſyncere* Euangeliũ, *timentes crucem. Verum non ſolum intelligenda eſt de prædicatoribus, ſed ſpectat ſententia ad omnes profeſſiones & uocatiões. Nam in omnibus generibus uocationum, piger dicit, Leo eſt in uia, id eſt, nihil ad me* Euangelium

aut de tali uel tali confeſſione, quia tentabimur in omni conditione uitæ, pigri deſerunt uocationes ſuas, & quærunt malas artes, ut euadant crucẽ, ut de Prebendarijs, queſtuarijs, mercatoribus & uſurarijs, hi nolunt crucem, ideo muniunt ſe contra crucem malis artibus. Deus uolt nos in ſudore uultus ueſci panem, hi autem quærũt pingues Prebendas, queſtũ ſequuntur, & fugiũt perſecutionẽ.

Sicut oſtiũ uertit̃ in cardine &c.

Hanc Chriſtus exponit ſententiã Matth. VIII. *Filius hominis non habet ubi reclinet caput ſuum. Lectulus ſignificat id quo fidimus in quo cõquieſcit animus,* Da das hertz ſein troſt hat aufgeſetzt. *Lectulus* Contra Deus ſe uocat ſinum, alam, quia geſtat credentes, ut paſtor tenellos agnos in ſinu, Et ut gallina pullos ſub alis defendit, hic ſunt ſecuri, ſicut Propheta dicit, Populus tuus habitabit confidẽter.

Opponuntur Dei ſinus, & lectulus pigri. De ſinu Domini loquitur. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. Iſta eſt fiducia, quæ nos facit ſecuros in domino.

Econtra pigri iſti etiam ſuos habent lectulos, in qbus ſe uoluũt, ut hypocritæ. Iuſtitiarij habent

ſua opera

ſua opera, iuſtitias, hic ſapientia ſua fidit, ille di uitijs & opibus, alij amicis, ne in aduerſa fortuna deſerantur ab eis. Sed Christus dicit, filius hominis non habet ubi reclinet caput ſuum, hoc eſt, nihil habet carnale quo fidit, nec iuſtitiam nec ſapientiam nec amicos aut diuitias. Ideo *ſcriptura pios & qui Chriſtum ſequuntur, peregrinantes, uocat, quia nihil proprij habent, in quo ſuam ponant fiduciam. Vnde iſti, ſi diuitiæ affluunt, cor non apponunt, omnia grato animo accipiunt, quæcunque eis à Deo eueniunt, ſiue bona ſiue mala. In nullo certi ſunt, Sicut Adoleſcens uolens Chriſtum ſequi, prius certificari uoluit, ideo dixit, Magiſter quocunque ieris ſequar te. Et Dominus quoque et ad illud reſpondit, quod dixit, quocunque.*

Chriſtus non habet ubi caput reclinet.

Ex ijs ſententijs licet æſtimare quæ ſit fides. Nam ſententia prior ſcilicet de uomitu, condemnat contemptum eorum, qui impudentes ſunt, & Euangelium abijciunt & contemnunt, in quibus non facit fructum nec munit eos, ſed prouocat ad uicia, & erubeſcere neſciunt præfracte contemnentes, quorum mundus plenus eſt.

Altera ſententia diſcernit eos qui ſapientes ſunt in oculis ſuis ab ijs, qui ſtultos ſe agnoſcunt in mundo.

Tertia docet, qui crucem fugiunt præſidijs ar nis & mundi.

Abſcondit piger manus ſub aſcel la ſua.

Fuga crucis

Id eſt, hoc agit ut uentrem ſuum paſcat, uel, piget eum manus ad os ponere, & manducare pa nem in ſudore uultus, non facit uocationem ſuam, hoc eſt, nõ uult uerbũ confiteri cũ periculo crucis.

Sapientior ſibi ſtultus uidet̃ &c.

Qui pi gri ſint

Hic locus exponit quem ſupra pigrũ uocarit, Eſtq; iurgiũ an dictæ ſententiæ recte de pigro expo nantur. Docet nõ tantũ eos eſſe pigros aut fatuos, quos mundus arguit inertiæ, ſed eos qui ſibi ſapien tiam arrogant, ut filij huius ſeculi ſapiẽtiores ſunt filijs lucis. Sapiẽtia mundi tranquillitatẽ quærit, ut is qui uolebat Chriſtum ſequi, ſed non prius niſi certus ſit ubi maneat. Caro non poteſt ingredi te- nebras fidei, ſed præſentia arripit quibus fidit. Deinde pigrum uocat qui crucem fugit, tribuit ei quoq; arrogantiam ſapientiæ, huiuſmodi pigri ſa pientiores ſibi uidentur, q̃ ſeptem uiri, qui loquun tur ſententiam, id eſt, uolunt eſſe ſapientiores in- telligentibus Verbum Dei.

Septem uiris, id eſt, multis, more Hebræo, quia putant ſe omnibus melius ſapere, præ cæteris omnibus & uere ſapientibus. Vt impij Doctores ſentiunt non eſſe uerum, quod ſola fides ſaluet, ideo docent opera. Alij iudicant ſtultũ eſſe, ſi quis ſe periculo propter Euangelium exponat.

Sicũt qui apprehendit auribus canẽ, ſic qui tranſit tranſeundo com miſcet rixæ alterius, id eſt, qui pro perat ad rixam alterius.

Quos Græci uocant Polipragmenos. Latini Ardeliones, hi ſunt, ſicut qui apprehendit auribus canem. Germanice, Der ſeine hend in allen treck ſtoſſen will, qui ſe immiſcent omniũ negocijs, & omnia taxant, intrudentes ſe alienis negocijs periclitantes. Ac ſicut iudicio mundi ſtulti ſunt, qui ſectantur talia, ſic multo ſtultiores in ſpiritualibus, qui ſe intrudunt in Eccleſiaſticas functiones, non uocati, id eſt, qui alunt contentiones in Eccleſia. Et hi omnes hic damnantur cum ſui ſimilibus. *Ardeliones*

Sicut noxius eſt q mittit ſagittas &c.

Noxij boni prætextu

Eſt emphaſis in extrema parte ſententiæ. Et uolt quod hypocriſis nobis inſidiatur bono prætextu & ſpecie. Sicut Saul inſidiatur uitæ Dauidis quom ſubijcit eum Philiſteis. Sic & Laban in commutando mercedem Iacob. Qui ſic inſidiantur, ita agunt, ut nolint uideri inſidiari, ſed oīa agere pie. Ille eſt qui ex occulto ſagittat arcum, id eſt in occulto inſidias ſtruit amico, & deprehenſus dicit, ludens facio, non facio ut lædam. Ludum uocat ſcriptura ut ſolet, quia ij ita contemnūt alios præ ſe, ut ſint eis ueluti ludus alios interficere & perdere, ut ſupra uigeſimo capite, Anima impij deſyderat malum, non miſeretur proximo ſuo, quia non eſt præcioſus ipſe proximus in oculis eius: ut hodie fit, qui alios perdunt in cauſſa Euangelica, dicunt ſe id facere propter utilitatem & pacem Eccleſiæ Dei, non ut noceant.

Quom defecerint ligna extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto &c.

Aliorū uicia tegenda eſſe

Suſurro delator eſt, Apoſtolus ad Corinthios iubet ut membra honeſtiora tegant fœditatē in alijs minus honeſtis. Vt uidemus in corpore oculos, os, manus. Oculi regunt corpus. Manus tegūt reli

qua corporis

qua corporis partis minus honeſtas. Ita nobis præceptum eſt, ut aliorum uicia tegamus, & non exacerbemus & exulceremus, aliorum mala reuelando: Sic enim tolluntur é medio rixæ & lites.

Sed multo magis in rebus Eccleſiaſticis, *& in munere* Euangelico *ſudemus calumniari aliquos* Doctores, *nouarum ſectarum inſtitutores, & ſic auocant ignauam plebem à uerbo* Euangelico, *dicunt ſeditioſas eſſe huiuſmodi* Prædicatores, *aut hoc genus doctrinæ. Vnde multi alienãtur à uerbo apud quos illi ſic calumniantur uerbum, dicentes; oẽs leges conſtituuntur ut ſit pax et tranquillitas; ſed hæc doctrina rumpit pacẽ ergo nõ eſt ex* Deo.

Tales *ſunt uera inſtrumẽta* Satanæ. Nam Satan *tantũ ea calumniatur, quæ in ſpeciẽ calumniarij põ teſt; ut qui* Euangeliũ *infirmiori parte apprehendunt. Sic.n. læditur* Euangeliũ *ea parte, ubi maxĩe infirmũ eſſe apparet, ab ijs, qui dicunt eſſe doctrinã, quæ oĩa turbet. Sic* Chriſtũ *in cruce blaſphemant & exagitant in ea parte, qua humilior deſpectior & infirmior uidebatur, Si filius* Dei *eſt deſcendat &c.* Alios *ſaluos fecit &c. Sic igitur ſuſurro eſt, qui calumniatur* Chriſtũ *aut* Euangeliũ *in humiliori parte, ſeu humilitatem eius.*

Sicut carbones ad prunas &c.

Eſt eadem ferè ſententia, Sicut pruna à carbonibus, & ignis lignis nutriuntur, ſic rixæ, contentiones aſſiduæ, fouentur calumnijs & Euangelij obtrectationibus.

Verba ſuſurronis &c.

Ex Hebræo. *Verbera ſuſurronis penetrant ad intima uentris: ſupra eadem fuit ſententia. Volt autem hæc ſententia, eſſe nouaculam acutam & acetum, quod Chriſtus, poſtq̃ pendet ſuſpenſus et crucifixus, potat. Nam ubi Chriſtus uidetur magis deſertus, & omnino actum de eo, ubi defloruit quicquid fuit gloriæ in Chriſto & obliterata & extincta omnis gloria, detrahunt, quæ detractiones ſunt uerbera, quæ ad intima cordis penetrant. Talia inquam uerbera labefaciunt fidẽ & cor imbecillium, adeo animum uulnerant, ut qui prius uidebantur magni in fide, iam recedant.*

Sic à Chriſto omnes recedebant, quom uiderent eum reprobatum à ſapientibus, doctis, potentibus & ſanctis. Sic dum huiuſmodi Euangeliũ inſectãtur, faciunt plurimos dicere, fiat mihi quod illis eſt factum, non poſſum mihi perſuadere illos

perijſſe,

perijſſe, ergo nec ego peribo in fide mea. Sed hæc ſunt ignea tela, ſcuto fidei reprimẽda et extinguenda, quo ſcuto amoto penetrant ad intima cordis.

Quomodo ſi argento ſordido &c.

Dignum patella cooperculum, & Similes habent labra lactucas. Perinde ut argenti ſcoria eſt quæ uas fictile cingit, Ita labia uenenata, cum prauo corde conueniunt. Quod in textu tumentia, hic uenenata dicitur. Venenata labia, id eſt, incenſa, Eyn gijfftige zung oder maul, conuenit cum illa Chriſti ſententia, Ex abundantia cordis os loquitur. Venenatum os prodit & probat maliciam cordis, ſicut in Phariſeis, quando dicunt Chriſtum habere dæmonium, quod eſt ſumma contumelia & blaſphemia, id attribuere Deo, quod eſt Satanæ. Sic celibatus ſeſe prodit quis ſit, dum ex operibus cognoſcitur an ſit ex doctrina Dei ſiue Satanæ, illi dicunt PAPAM præcepiſſe iuſte ex CHRISTI authoritate. Paulus autem dicit eum eſſe ex ſpiritu mendacij. Sic ſe produnt Liberi Arbitrij patroni, dum audiunt iuſtificationem eſſe ex fide tantum, & damnari ſuas iuſtitias atq; Liberi Arbitrij uires, dicũt eſſe commentũ Satanæ,

Venenata labia

Celibatus

Deum nõ eſſe adeo impiũ, quod reprobet conatus humanos, nõ eße adeo inclementem, ut iuſtitias noſtras damnet, hoc eſt argentum quo cingũt uas fictile, ſeces argenti & ſcoria. In ſcriptura argentũ Verbũ Dei ſignificat. Scoria aũt Verbũ Dei, ſed contaminatũ carnali intellectu, & opinionibus humanis. Vas fictile eſt uas reprobũ, ſicut et illi ſunt.

Labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos.

Aliàs, & quom appropinquat, id eſt, quom blanditur, ſtruit inſidias. Eſtq; præcedentis ſententiæ expoſitio, id eſt, ſermo prodit odiũ, quanq̃ enim blandiatur ſermo, tamen prodit eum, Sermo enim animi character quo cognoſcitur.

Quãdo ſubmiſerit uocẽ ſuam, ne crediderìs ei, quoniam multæ abominationes ſunt in corde eius.

Noli blandienti credere. Nam ſtruit inſidias tibi. Blandientes ſunt, qui loquuntur placentia, ut Propheta dicit, quales ſunt hodie applaudẽtes populo ex utraq; parte.

Qui operit odiũ fraudulẽter &c.

In concilio

In concilio, id eſt, in cœtu, palàm, ut dicitur Omnia profert dies, Es wirt nichts ſo klein geſpunnen, es kumpt auch an die ſunnen. Hæ ſententiæ conſolantur imbecilles, & terrent impios & præfractos. Multi enim imbecilliũ uidẽtes tanto conatu uelle opprimere Euangeliũ impios, Vellẽ et ego hanc doctrinã ſequi, ſi ſcirem hunc aut illum propter eam occiſum, in Chriſto mortuum. Sed Deus faciet palàm, ſicut occultum fuit Iohannem Huß iniuſte occiſum et combuſtum, cum iam adeo palàm fiat eius innocentia, ut nemo contra mutire audeat. Sic de Chriſto factũ eſt, cuius gloria poſt mortem palàm facta eſt, ſic in alijs fiet, quom Dominus reuelarit abſcondita cordium. Scandalum crucis

Qui fodit foueam, impinget in eam

Malum conſilium conſultori peſſimum. Pſal. Incidit in foueam quam fecit.

Lingua fallax nõ amat ueritatẽ &c.

Hic pronunciat de impijs & hypocritis, quod non poſſunt ferre lucem, ideo inſidiantur & perſequuntur lucẽ. Ex his ſententijs aliæ depingunt impios, aliæ muniunt nos aduerſum impios, ne abſterreant nos à ueritate.

FINIS.

CAP. XXVII.

Ne glorieris in craſtinum &c.

VT VVLGO DIcunt ἐπινίκιον ante uicto riam, ita uetat gloriari, quod incerti ſunt exitus, tale eſt tertio Regum uigeſimo, neq; accinctus glorietur, æque ut diſcinctus.

Incerti exitus

Porrò ſic refers ad res ſpirituales, damnat ſecuritatē carnis. (Beatus qui ſemper eſt pauidus dicit Solomon) Quemadmodū Phariſæi ſe prædicant filios Abrahæ, ſicut hodie chriſtiani qui ſe præferūt Turcis & Iudæis, forte illis deteriores, & Monachi ſecularibus ſanctiores ſe reputant, & Euangelici nōnulli alijs, qui non ſunt Euangelici. Hi carnaliter ſecuri ſunt de iudicio Dei, ut illi apud Hie

remiam,

remiam, Templum Domini. Templum Domini, ita quicunq; metu Dei uacamus & ocioſi & ſecuri expectamus iudicium, quia fingimus nos credere, canimus nobis ἐπινίκιον ante uictoriam. Poteſt explicari ad omnes euentus & caſus. Nam caro ſaginata donis Dei, non poteſt non ſuperbire, & maxime in donis ſpiritualibus, quibus acceptis, perſuadetur ſibi adeſſe ſalus, ideo laſſeſcit & excutit metum Dei, gloriatur de Dei bona uoluntate et donis carnaliter. Quare ſcriptura ubiq; taxat illos, quales erant Iudæi gloriãtes, Templũ Domini etc. Deus promiſit nobis incolumitatem, auxilium, elegit nos ſibi populum ideo non peribimus, ſed ſeruabimur. Et hæc clamantes non timebant Dei iudicium, in cuius manu, non ipſorum, ſunt ea de quibus gloriantur. Stulte ſic multi gloriati ſunt ante uictoriam, ut Pompeius, qui multis milibus ſuperabat exercitum Cæſaris, & antequàm uinceret, diuidebat res cæſaris, ſed poſtea tamen fruſtratus eſt. Gloriatio carnalis

In ſpiritualibus id magis fieri ſolet, ideo caſtigat Apoſtolus Corinthios de donis gloriantes, ſeſe alijs præferentes, quaſi abundarent plus cæteris ſpiritualibus.

Laudat te alienus,& non os tuū.

Hypocriſis non poteſt non prædiare iuſtitias ſuas, & ſua dona, ut in Phariſeo Lucæ XVIII.

Laudare *Laudare hic non ſolum apud alios ſe prædiare ſignificat, ſed & apud nos nobis placere. Contra fides hæc damnat, quom ſint operum carnalium* Roma. *ſeptimo, Quod enim ago non probo.* Et *ſexto, de quibus erubeſcitis.* Philipp. *iudicaui tanq̃ ſtercus. Neq; enim uidet caro diffidentiam & contemptum Dei. Itaq; ſicut in impijs hypocritis eſt propriū ſua prædiare & placere, alia diſplicere. Sic uis fidei in Pijs omnia ſua & ſibijpſi diſplicere facit, ſpiritusſanctus enim in illis omnia iudicat carnis, Ideo damnat in nobis carnales iuſtitias, proprium enim ſpiritusſancti eſt, quod cernit, illuminat & oſtendit quæ hypocriſis nõ uidet, ſcil. incredulitatẽ, contemptū Dei in carne. Si enim caro hæc uideret, non poſſet non diſrumpi nimia formidine, maxime ſi uideret magnitudinem miſericordiæ & iudicij Dei. Sed quia non uidet uilipendit, & dicit, Deus non adeo ſeuere iudicabit me. Sic igitur eſt cõtenta externis ſimulatiõibus, de internis nihil curat, proinde ſi caro ſuã malitiã cerneret et iudicaret,*

gratis

gratis daretur ſpirituſſanctus. Nam ſicut non eſt opus dare ſpiritumſanctū, ut eſurientem moneat, ut edat, aut frigeſcentē ut ſe calefaciat, quia ex natura hæc habet. Hinc uide quid poſſit ratio aut Liberū Arbitrium ſiue gratia & ſpirituſſancti præſentia.

Graue eſt ſaxū & oneroſa arena

Summa eſt, quod aliàs dicitur, Homine imperito nihil eſt iniuſtius. Imperiti ſunt præfractæ et induratæ conſcientiæ, quæ pergunt quæq; facere, ut ipſæ inſtituerunt, qualis eſt Saul, qui quamuis deterritus tot exemplis, non tamen deſinit perſequi Dauidem. Es muß hyn durch nach ſeym kopff. Præterea hi homines ſunt intractabiles, moleſti, moroſi, non audientes, Multo facilius quidcunq; feras, quàm ſodalem imperitum. *Imperitus ſodalis*

Verum ſpiritus alios uidet imperitos, qui ſcilicet intus imperiti ſunt, pertinaces et præfractæ cōſcientiæ, ut qui hodie pertinaciter ſtatuunt peſſundare Euangelium, id eſt, iuſtitiam fidei, pergunt pertinaciter id efficere quod inſtituunt.

Crudelis eſt iracūdia, & inundatio eſt ira, & quis coram æmulatione conſiſtet?

Ira

Eſt quædam amplificatio iræ rhetorica. Nam ut dicit Quintilianus, furor iraq; mentem præcipitat. Sæpe in hoc libello præcipit Solomon de ira & ijs precipue qui gerunt Reſpublicas. Nam ij ſæpe iracundia pecant, ideo ſæpe eos admonet.

Hiſtoriola de theodoſio imperatore.

Nota eſt hiſtoria Theodoſij imperatoris qui iratus magnam multitudinem iugulat, tandem obiurgatus à Beato Ambroſio, poſtea ubi iraſceretur, ſolebat literas Alphabeti recitare, ut pauliſper ira ſedaretur.

Sæpe ſupra præcepit de ira moderanda, hic autem uim eius deſcribit. Crudelem uocat, quod nō pro merito, ſed pro ſuo impetu puniat, ſicut Saul præter meritum ſæuit in Sacerdotes Domini, nullam habens rationem, ſed obſtinato animo, quia odit Dauidem, & animus uehementer ſucceſus, ulciſcitur illum dolorem in ijs ſacerdotibus.

Item inundationem, id eſt, temeritatem, quam nemo prohibeat, niſi ipſe moderere, quæ itē late multa perdit. Deinde indignationis tantum uim eſſe dicit, ut ferri poſſe neget. Supra breuius dixit, Ira ſtultitiam perpetrat, hic autem omnia complexus eſt.

Ira puguat cū charitate & humilitate, quom Chriſtus

Chriſtus dicat. Diſcite à me, quia mitis ſum, & hu milis corde. Nam ira facit contemnere eos, quibus incandeſcimus, quia pertinaciter uolumus, ut omnia fiant ſecundum noſtram ſententiam, etiã aliorum incommodo. Deinde etiam Deo, quoniã ſcilicet ægre fert aro iudiciũ Dei, ſicut Saul dolet ſibi præferri Dauidem. Cayn inuidet Abeli, quia uidet eum acceptiorem Deo eſſe.

Melior eſt manifeſta correctio.

Hac ſententia reſpondet per occupationẽ quæſtioni. Ex quo crudelis eſt ira, ergo non conuenit aliquẽ reprehendere, arguere, aut unq̃ iraſci? Reſpondet, Melior eſt correctio manifeſta &c. quæ eſt fructus charitatis, Matth. XVIII. Si peccauerit in te frater &c. Nam charitas ſuum habet zelum, Ideo manifeſta correctio fructus eſt charitatis. Si quis odit & diſſimulat odium, uultũ abſcondit, & non corrigit, is uult perditũ fratrem, nõ emendatum, ſicut Saul noluit ſatisfieri iudicio Dei, ſed peremptum Dauidem. Zelus igitur eſt uehemẽtis charitatis, ut in parentibus, qui ob amorem non poſſunt non aliquando corrigere filios. *Quomodo iraſcendum*

Meliora ſunt uulnera diligẽtis &c.

Id eſt, ſunt ſalutaria & ſalubria, ut correctio quæ ab amicis infertur. Sic Hieremias regē. Itē Eſa. & Helias Achab corrigit. Iſta igitur ſunt uulnera ab amicis, quærentia noſtram ſalutem, non ſuam utilitatem, id quod carnales amici non faciunt, ue rentes ne per correctionem, uoluptatem & delectationem amittant. Veri autem amici ſunt qui quærunt correctione, amicorum ſalutem.

Oſcula inimicorum

Oſcula odientis ſunt laudes & blanditiæ inimi corum, ueræ ſunt contumeliæ, ſicut impij doctores quando eos laudant, qui ipſos ſectantur, adficiūt eos contumelia, & ſpuunt eius in faciem & perdūt eos, quod illi nō uident. Satius eſt igitur ab amico corrigi, quàm ab inimico blandiri. Nam conſcien tia confirmatur amicorum correptione. Pij igitur Doctores uulnera ingerunt eis, quos arguunt, & lucrifaciunt eos Deo. Rurſus impij perdunt.

Anima ſaturata calcabit fauum &c.

Vulnera amicorum

Hæc ſententia exponit ſuperiorē, in qua dixit, qui comedit mel. Anima ſaturata eſt, quæ metu Dei uacat, & non curat eum, eſt præfracta eius conſciētia, ut in Cantico Mariæ Lucæ primo, Diuites dimiſit inanes; faſtidioſus ſtomachus non ſuſcipit

uerbum,

uerbum, ſunt ut canes & porci. Hi, Euangelium & gratiam, remiſſionem peccatorum, quom eis prædicatur, faſtidiunt, eo quod non ſentiunt peccatũ. Ideo uerbum blaſphemant & contemnunt.

Animæ aũt eſurienti etiam amara dulceſcunt.

Vnde cõmune habetur Prouerbium, fames optimus coquus. Amara, id eſt, uerbum crucis, id eſt Euangelium, quod quidem amarum eſt audire omnia noſtra eſſe peccata, et coram Deo abiecta & damnata, proprijs uiribus nihil poſſe. Fides eſt granũ ſinapis, macerat & arrodit carnem, ſicut Chriſtus foris eſt apertus & tectus, nihil uidetur in eo niſi uulnera, nihil niſi crux. Sic eſt & uita Chriſtiani hominis, hæc eius ſpecies, quod extra nihil uides, niſi crucem, intus autem uitam habet, & omnia uidemus iucunda, quia eſt is, in quo omnes theſauri ſcientiæ, ſapientiæ Dei ſunt abſconditi, quæ quom apprehendit ſpiritus, dulceſcũt. à carne autem hæc non apprehenduntur, animæ ſaturæ autem hæc, ludus eſt, & crux amara, quæ uerbi potentiam non agnoſcit. *Verbi potentia*

Sicut auis tranſmigrans de nido ſuo

Vagabūdi

Videmus in rebus humanis quod uagabundi ne queant locupletari, ſicut Prouerbio Germanico dici ſolet, Nō obduci muſto eos lapides & ſaxa, quæ ſæpe huc atq; illuc uoluuntur. Qua ſententia perſtringuntur iſti, q̄ paſſim uagātur ſine aliquo certo uitæ inſtituto & conditione.

Et in re ruſtica eſt hoc etiam laudatum, ut modicum agri ſit, ſed bene colatur. Sic ille, laudato ingentia rura, ſed paruū & exiguum bene colito.

Quomodo boni authores legendi ſunt.

Primum in rebus humanis eſt cernere, quod haud ferè uagabundi homines locupletātur. In eam ſententiam Solomon comparat aui nidum ſuum deſerenti, eū qui ſuum locū deſerit, hoc eſt, qui temere errat & uagatur, & nullos fructus facit, ſicut qui in ſtudijs temere uolitant per oēs omnium libros, nec ſibi deligunt, quibus ſint non hoſpites ſed familiares, apud quos tanq̄ domi ſuæ commorentur.

Leues ſpūs

In rebus ſpiritualibus primū hic uocationis admonemur, ut ſuam quiſq; uocationē urgeat, ut Romanos duodecimo præceptum eſt. Damnantur item hic leues ſpiritus, qui non perſeuerant in ſano intellectu uerbi, ſed ſubinde nouis doctrinis diſtrahuntur. In quos inuehitur Apoſtolus Eph. IIII. Vt iam non ſimus paruuli fluctuātes, circūferamur

quouis

quouis uento doctrinæ. Huc pertinet prima Corinthiorum duodecimo, Eratis tanq̃ bruta: ut uidetis accidiſſe in Eccleſia. Primũ exorti ſunt Ebionitæ, qui negabant diuinitatẽ Chriſti, & hos multi ſunt ſequuti. Poſtea exorti Arriani, qui & ipſi diuinitatem Chriſti negabant, quos itidem magna pars ſequuta eſt. Tandem uenerũt qui Spiritumſanctũ negabant eſſe Deũ, & hi ſuos habuerũt qui uerbo nõ erant cõfirmati. Ita quoq; hi faciunt ab altera parte, qui docent Ceremonias, & dicũt, ſi hoc feceris opus, placebis Deo, tranſilientes ab opere in opus, quom nullum ſatisfaciat. Inde ordineis excogitati ſunt, nullus cõtentus ſua inuẽtione, non placuit cõmunis ſtatus Chriſtianorũ, ideo addiderunt uota, mendicitatem, quom antea nõ mendicarint. *Hæretici*

Vnguento & uariis odoribus delectatur cor &c.

Sic expono partẽ poſteriorẽ. Et dulcis eſt amicus propter conſiliũ. Hæc eſt collatio et ſimilitudo. Nihil eſt dulcius amico monitore, iuxta illud Apoſtoli, Alter alterius onera portate. Ille enim amicus dulcis transfert noſtrum onus in ſe, confirmat nos, cõſolatur nos. Huc facit illud quod eſt in Euangelio, Quoties duo uel tres fuerint congregati in *Nihil dulcius amico monitore.*

nomine meo, in medio illorum ſum. Item et illud Quorum remiſeritis peccata &c. Fratres habent ius conſolationis, habent claues & poteſtatem remittendi peccata, annunciandi Euangelium, transferunt noſtrum peccatũ in ſe, Quemadmodũ Chriſtus peccata noſtra in ſe trãſtulit, & rurſum transferunt in nos ſua peccata. Sic Chriſtus in nos bona ſua, iuſtitiã, ſapientiam &c. tranſtulit, hoc eſt, comunicant uerbum nobis, intercedunt pro nobis, orant pro nobis, conſolantur, ſicut in fine ad Galatas. Etiam ſi occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituales eſtis inſtaurate huiuſmodi, ſpiritu manſuetudinis: ſtatim ſubnectit, alter alterius onera portate. Hæ & ſimiles ſententiæ adumbrant nobis Chriſtum, ut uideamus, qualis ſit uis amoris in Chriſto erga nos. Ad quem eſt accedendum cum fiducia, habemus enim Pontificẽ qui poſſit compati infirmitatibus noſtris. Ipſe peccata noſtra in ſe tranſtulit, peccata noſtra portauit, et rurſum effundit ſua bona in nos. Iſta eſt comunicatio bonorum Eccleſiæ. Sic ille dixit, Nil ego contulerim iucundo ſanus amico. Ita uidemus quàm ſit iucunda conſuetudo cum amico.

Amicum tuum & amicũ patris,

tui ne dimiſeris.

Supra de ingratitudine præcepit, & intermi-natur uindictam diuinam ingratis. Sunt autẽ ingra-ti, qui aſpernantur ueteres amicos et benemeritos. Ingrati Etiam in *humanis literis præceptum eſt de obſer-uandis ueteribus amicis.* Veteres amici ſuauiores Acerbum quiddam eſt in *nouis amicis, & ſuauius quiddam in ueteribus.* Vi-*detis grandibus natu nihil eſſe gratius, nihil iucun-dius mentione uel conſuetudine ueterum ſodalium, cum quibus à puero creuerunt et coniuncti fuerũt.* Pro, *dimiſeris, rectius uertas, ne deſeras, hoc eſt, ueteres amicos quære.*

Et domum fratris tui ne ingredia-ris in die adflictionis tuæ.

Id eſt, ne confidas amico ſi calamitoſus fueris, ſi fortuna mutata fuerit. Iratos *quoq; nõ debemus illos deſerere, ſed rurſum non debemus illis confi-dere, quia calamitoſos natura odimus.* Notus *eſt enim uerſiculus.* Diligitur *nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt.*

Melior eſt uicinus iuxta, quam frater procul.

Bonus uicinus

Hæc ſententia ad uerbum eſt in Heſiodo, magnum commodum eſſe uicinum bonum. Et in periculo accurrere ſtatim uicinum, dum amici accingunt ſe, & deliberant utrum uelint ferre opem nec ne.

Frater eſt non ſanguinis. Damnatur itaq; hic carnalis amicicia, & quæ carnaliter contrahitur. Propterea dicit, Melior eſt uicinus q̃ illa carnalis amicicia. Quom in calamitate es, non reſpiciunt te amici, ibi eſt uicinus melior. Vicinus eſt ille cui curæ ſumus, qui præditus eſt charitate, qui non ſua quærit.

Vicinus

Stude ſapientiam fili mi &c.

Cõmendatio uerbi dei

Sic eſt in Hebræo. Diſce ſapientiam fili mi, & gaudebit cor meum, & docebo te reſpondere criminanti me. Tametſi alij non exponant actiue ſed tranſitiue. Qui ſic interpretati ſunt uoluerunt ſimpliciter, diſce ſapientiam ne ſis mihi ſcandalo, ut per te glorificetur nomen meum. Sicut in Eccleſia per omnes qui confitentur Chriſtum, debet glorificari nomen Dei. Eò ſpectat Solomon ſiue legas, docebo reſpondere, ſiue reſpondebo, eadem fere eſt ſententia, & eodem redibit.

Supra nobis propoſitæ ſunt multæ uerbi commendationes. Præſertim in cap. XXII. Fili mi in clina aurem tuam &c. Vbi audiſti quod ſit diſcrimen humanarum doctrinarum & Verbi Dei. Verbum Dei in uniuerſum hoc docet, Timorem Dei, & fidutiam erga Deum, uoluntatem patris uolentis nos ſaluare. Iſta uoluntas nuntiatur nobis in uerbo, quam patris uoluntatem non poteſt caro cernere, Filius autem qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Poſteaꝙ uero auditur hoc uerbum & huic creditur, & ſentitur adeſſe Dominus, ibi iam fiditur. Humanæ uero doctrinæ ciuilitatem docent morum, & quæ faciunt ad illam externam & communem rationem uitæ humanæ. Videt caro non poſſe ſtare neq; conſiſtere iſtam hominum uitam, niſi iure omnia defendantur, niſi iuſtitia regantur. Videt mancam fore iſtam uitam ſine prudentia, ſine cognitione rerum neceſſariarum, atq; iſta ſunt rationis, quæ iuſtitia rationis & quæ prudentia non eſt uita æterna, ſed ut Apoſtolus ait, elementa mundi, id eſt, ordinationes quædam carnales, quæ ſimul cum carne pereunt, & uſu conſumuntur, non uiuificant, non iuſtificant, non cõſeruant, non tuentur aduerſus iudicium Dei.

Verbum Dei quid doceat

Humanæ doctrinæ doceat

Verbum autem Dei *uita eſt & ſapiẽtia atq; iuſtitia, id tuetur aduerſus mortem, peccatũ, iudicium* Dei *&* Satanam, *& id eſt uita æterna.* Et *iſti in quibus operatur uerbum recte intelligunt uitam eſſe, iuſtitiam & ſapiẽtiam.* Impij *quom hæc audiunt, putant eſſe magnificam quandam pompam uerborũ, putant eſſe portenta uerborum.* Caro *id non ſentit, quoniam res eſt, non uerba.*

Platonici *Platonici quidã, ut Plotinus & alij, finxerũt in homine quoq; eſſe naturã quandã diuinam, imitati* Verbũ Dei. *Sic hodie pleriq; putãt* Verbũ Dei *eſſe quandam platonicam cognitionẽ & diſputationẽ quæ in ſolis uerbis ſit.* Sed *iſtud eſt conſilium Satanæ, uult hac parte* Verbũ *dei opprimere.* Quãdo *uero ſpirituſancto illuminamur, quando concipimus uerbum, tum intelligimus non eſſe uerba.*

Quãdoquidẽ *hoc eſt diſcrimẽ, hũanæ doctrinæ non poſſunt hypocriſin coarguere, qa nihil aliud docent, niſi illam iuſtitiam externã, quæ corã* Deo *ipſa hypocriſis eſt, non eſt iuſtitia* Dei *ſed hominum, ideo* Chriſtus *dicit.* Spirituſſanctus *arguet mundum de peccato, ergo ratio nõ arguit.* Et Eſa. Omnes *colles humiliabuntur, id eſt, ſimul iudicabuntur omnes, quomã gloria carnis tanq̃ fœnum*

& gloria

& gloria fœni ſtatim flacceſcit, ubi Dominus iudicare ceperit, quemadmodum ſentiunt corda illorũ qui non poſſunt conſiſtere in iudicio Dei. Et quia humanæ doctrinæ non poſſunt coarguere hypocriſin. Ideo Dominus dat uerbum, ut poſſimus co arguere & nos & alios. Eſt uerbum crucis quod mortificat carnem, quemadmodum dicit Pſalmo CXVIII. *Dedit hoc uerbum, ut poſſimus reſpondere exprobrãtibus Chriſto, ſicut Petrus dicit, paratos nos eſſe debere ad reddendam rationem fidei noſtræ, omni petenti. Eſt ergo hæc ſententia. Fili mi diſce ſapientiã &c. id eſt reſpondebo ego pro te per uerbum meum. Reſpondere, id eſt, arguere* Reſpondere
Criminanti me, quia hypocriſis iudicat Deũ, ſicut eſt in Pſalmo. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas quom iudicaris. Mundus enim nõ nos, non homines, ſed ipſum Chriſtum per Verbũ eius execratur, perſequitur, odit, iudicat, damnat. Tamẽ mundus non coarguitur Verbo Dei, immo perpetuo ridet? Recte, Verbum Dei eſt teſtimoniũ nobis aduerſus mundum, quod ſumus populus Dei, quemadmodum dicit in primo præcepto. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra ægypti, quaſi ſic dicat, heus tu, ſcias hunc eſſe Deum, qui

eduxit te ex ægypto. Iſte eſt populus Dei, qui habet illum Deũ qui hoc fecit, ille Deus habet hunc populum, qui habet hoc uerbũ, qui habet hoc teſtimonium, quod hic ſit uerus Deus. Iſraelitæ colunt Deum, ægyptij quoq; colũt Deum, utrum habeat populum Deus? illi qui habent eius teſtimonium, eius uerbum illis eſt Deus, illi norunt eum. Tu o Iſrael habes de me, inquit, hoc teſtimoniũ, hoc uerbum, hoc factum, ergo & per hoc teſtimonium timebis me, confides mihi per hoc uerbũ, & per hoc teſtimoniũ damnabis & iudicabis mundum, & glorificabis me per hoc uerbum. Mundus quia uerbum non ſuſcipit, excæcat corda hominum impiorum, ne uideant ueritatẽ, propterea conijcit hunc in hoc ſcelus, alium in ſcortationem, alium in rapinam &c. quod eſt regnum Satanæ, atq; ita ſua opera declarat, quom ſit deus huius ſeculi, ut Paulus dicit, in ſecunda Epiſt. ad Corinthios. Leginus in hiſtorijs exempla de impio cultu, nihil eſt certius quàm quod Iudæi & ipſis uicini populi mactarint & ſacrificarint ſuos libe ros, quõ hoc potuit Satan perſuadere? quomodo potuit hoc imperare? atq; id non ſolum in Iudæa et circuniacentibus regionibus factũ eſt, uerũetiam

Impius cultus

in Italia & Germania, cuius rei adhuc extant monumenta &c. ubi eſt cernere potentiam & regnũ Satanæ. Quia ergo ipſe ſic nobis inſidiatur, ideo parati & armati eſſe debemus Verbo Dei, & coarguere eius opera, id eſt mundũ cũ omnibus ſuis concupiſcentijs. Sed coram mundo opprimimur, occidimur, uerbum blaſphematur? Recte. Quia hæc eſt gloria Dei, & alio modo glorificamur, q̃ mundus ſolet glorificari. Hoc uerbum eſt nobis teſtimonium promiſſæ gloriæ, quæ reuelabitur tandem coram mundo, interim in cordibus dat ſpiritusſanctus teſtimonium.

Scriptura dicit de uſu uerbi, non de uana commentatione. Magnum eſt quod dicit, Docebo te reſpondere criminanti me, mundus blaſphemat CHRISTVM, *ergo ſic inquit, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Aduerſus iſtas blaſphemias uult nos munitos & armatos eſſe uerbo ſuo, atq; aduerſus Satanæ regnum.*

Aſtutus uidens malũm &c.

Male redditum eſt, ſtipẽdia, ſed damnum uertendũ erat. Aſtutus abſconditus eſt .i. qui doctus eſt uerbo, nõ incidit in laqueos Satanæ, q ſunt *Aſtutus*

in cõſpectu eius, quia uidet eos, ut Pſal. CXVIII. *Ab omni uia mala probibui pedes meos.*

Scandalum crucis.

Paruuli tranſeuntes accipiunt damnum, id eſt, rudes, imperiti, imbecilles conſcientiæ, nondum eruditæ ſpirituſancto, & uerbo firmatæ, accipiũt damnum, quia facillime mouentur, alia ex parte terrentur cruce, alia mouentur hominum auctoritate, ſcilicet ſapientia & prudentia magnorum qui aduerſantur ueritati, & ſic patiuntur ſcandalum, & ſæpe pereunt. Et *arrigit eos aliquando cogitatio.* Ecce *iſte ſapiens eſt, hi ſunt uiri prudentes, qui ſentiunt contra hanc doctrinam, quos nõ credo damnatos.* Item *multo plures ſunt, qui tenent cum* Eccleſia Romana, *uix ſunt tres qui contrariũ ſentiunt,* Sic *hærent in ijs ſpinis, nõ explicant ſe, & pereunt, quod eſt ſcandalum crucis.*

Tolle ueſtimentum eius qui ſpopondit pro extraneo.

Ex *Hebræo,* Si *pro alieno ſpoponderis, ueſtẽ ab eo auferas, et quom alienus ſit, pignus accipe.*

Non *prohibetur hic opus ſeu officium charitatis, ſed ne fidas homini,* Pſalmo. Nolite *cõfidere in principibus &c.* Et Apoſtolus *iubet ſic dare, ne*

2.Corinth.8

alijs ſit

alijs ſit remiſſio, nobis autem tribulatio. Et Chriſtus uendere omnia & dare pauperibus iuſſit, ſic ſcilicet ut habeamus unde alijs demus, non ut ab alijs accipiamus, Quia beatius magis eſt dare, q̃ accipere. Fidere enim homini pugnat cum fide. Maxime hoc in ſpiritualibus eſt attendendum, ut quando prædicatores confidunt in homines contra uim & poteſtatem mundi. Sic & conſcientiæ confidunt alienæ fidei & iudicio de Verbo Dei. Supra docuit de noſtra ciſterna bibendum eſſe aquam, nõ de aliena. Non quid alij ſentiunt ſentiendum, ſed quõ nos firmi ſimus in uerbo, de quo Propheta, Non docebit ultra uir proximum &c. Niſi corda noſtra per ſeſe fuerint firmata uerbo, nihil eſt dicere, ego credo ſicut ille. Eſt ergo hæc ſententia, Tolle ueſtimentum, id eſt, Ne ſic ſentias, ut dicas, hic tam doctus eſt non poteſt errare, & ego ſic ſentiam, hoc enim eſt inniti baculo arundineo qui lædit manum, ut eſt in Propheta.

Qui benedicit proximo ſuo uoce grandi.

Id eſt, Immodicæ laudes ſunt ſuſpectæ etiam iudicio hominum. Non uidentur à ſyncero & puro Immodicæ laudes

corde proficiſci, ſed quæſtus cauſſa fieri. Sicut ſunt laudes operum meritorum iuſtitiæ carnis, ut quoniam hypocriſis dicit, hæc opera te iuſtificabunt, aut ubi tot roſaria oraueris, hanc gratiam, hoc opus conſequeris. Sed dicit, De nocte conſurgens, id eſt, tempeſtiue ad magnas ſedulitates, ideo ſunt ueræ maledictiones, ſicut Cæci depingunt in templis roſaria in purgatorium demittentia radios. Depingunt & magnum pallium, ſub quo beata uirgo ſuos habet. Meræ impoſturæ ſunt & ſeductiones ſimplicium.

Roſaria

Pallium matris uirginis

Tecta perſtillãtia in die frigoris.

Ex Hebr. Sicut uenti non poſſunt cohiberi manu, & oleum quia per digitos & manum defluit & ſtillat, ſic mulier rixatrix non poteſt cohiberi.

Nam ut ſupra dictum eſt duæ ſunt uirtutes mulieris, ſcilicet trãquillitas ſpiritus ſiue tractabilitas & modeſtia. Aliæ mulieres quidem ſunt faciles et tractabiles, ſed non modeſtæ, aliæ contra, Si quæ talis eſt non poteſt cohiberi, quia donum Dei eſt, quod homines præſtare non poſſunt. Sed non ad mulieres ſolum hæc ſententia accommodanda eſt, ſed ad omnes rixatores. Et de iis exponitur, qui

Trãquillitas ſpiritus donũ Dei eſt

cupidi

cupidi ſunt ad rixandum. Hæretici *quos iuuat rixari ſunt uelut ſtillicidia in* Eccleſia, *ſicut ſupra dictũ Alueus erumpens cohiberi non poteſt.* Et *ira inundatio quædam eſt, ſic rixantes non cohiberi poſſunt, niſi* Deus *eorum corda mutet.* Cupidi ad rixandum

Ferrum ferro exacuitur &c.

Id eſt, tradunt mutuas operas, quemadmodum in Eccleſiaſte *dicitur. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur.* Ferrum limat ferrum*. Sic uir à proximo ſuo obiurgatur, corripitur, confirmatur, cõſolationemq; accipit.* Mutuæ operæ

Hic ergo nobis commendat officia charitatis fraternæ & mutuæ, ideo CHRISTVS *reliquit in* Eccleſia Verbum*, & poteſtatem remittendi peccata, ut hoc alter alteri annunciet, & alter alteri impendamus officium charitatis.*

Qui ſeruat ficum comedet fructus eius.

Supra capite XII. *ſimile eſt, qui exercet terrã &c. monet ut qſq; ſuam uocationẽ curet, ut laboret, hæc eſt uolũtas* Domini*, in hoc expectet prouentus de manu* Domini*, terra .n. per ſe nihil pfert tibi, niſi dominus benedicat, docetur ergo hic fides.*

Nulla pars eſt uitæ, in qua non exerceatur fides.

Qũi obſeruat dominũ ſuum &c.

Suum ubiq; dicit, ut indicet ſuam cuiusq; eſſe uo cationẽ. Apoſtolus, Laboret unusquisq; unde pa nem tribuat egenti. Nam noſter labor alijs debet fructum facere.

Qũemadmodũ aqũæ repreſen- tant faciem, ita cor hominis homini, ſcilicet repræſentatur.

Haud ſcio an hæc ſit ſententia, ut aquæ repræ- ſentant noſtras facies, ita corda repræſentantur, id eſt, ſicut aquæ imagines quaſdam uultuum no- ſtrorum oſtendunt, ita corda noſtra oſtenduntur uel in uultu uel in reliquo habitu oris, quemadmo- dum ille inquit, Heu quàm difficile eſt crimẽ non prodere uultu. Et Dominus arguit Cayn, quor uultus conciderit. Et Iacob æſtimat Labani animũ ex uultu. Eſt autem ſumma rei, hypocriſin nõ poſ ſe diſſimulari. Sicut Chriſtus ait. Ex fructibus eo- rum cognoſcetis eos. Hæc ſententia ſimpliciſſima uidetur. Inuenias qui ſic interprtentur, quem admodum aquæ repræſentant facies, ita corda no ſtra oſten

Hæc ſentẽtia uidetur eſſe prorſus aliẽa

ſtra oſtendunt alienos animos, id eſt, ex noſtris metientur alienos. Sicut præceptum eſt, quod tibi uis fieri, alteri facias, quia corda noſtra monent, quibus alij egeant.

Hypocritæ *non furantur, ſed cupiunt aliena: item non mœchantur, æſtuant tamen libidine,* Romanos *ſecundo, Quid iudicas alium, quom eadem facias,* Hæc *depræhenduntur conuerſatione. Sicut Saul uidebatur uir bonus, at tum prodita eſt hypocriſis, quando uidebat* Dauidem *maioribus laudibus ornari, tum enim æſtuabat. Quom cor fidele gaudeat, ſi proximum uideat ſibi præferri, & ſe deijci.*

Infernus & perditio nunq̃ implent

Ampliſſimi ſunt oculi hominum uelut aurora, nolunt deprimi, uult enim homo magnifieri. Immenſum quiddam eſt infernus & mors, ſic cupiditas quoq; cordis humani.

Quō probat in conflatorio argentū

Succeſſus fere excæcat, & facit ſegnes, oſcitantes, & metu uacantes, ut dicit Scriptura. Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit ludere. Et Deutero. *xxxij. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, eò pertinet quod hic dicit laude probari cor*

da, nam poſtq̃ applauditur, rari conſiſtimus. Sicut efferri ſucceſſu Saulem uidemus. Vulgo dicitur,
Germanicũ prouerbium Es mußen ſtarck bein ſein, die da gut tag mogen ertragen.

Si contuderis ſtultum.

Taxat hæc Gnome impietatem eorum qui flagellati non reſipiſcunt, Sicut Eſaias queritur de populo IX. cap. Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe. Atq; hic eſt cernere quæ ſit uoluntas Domini erga nos quom affligit, quom maxime uidetur reieciſſe, poſtulat tum à nobis maxime ut ad ſe reuertamur. Pſal. XLIX. Inuoca me in die tribulationis, et eruam te. Porro quom hanc uoluntatẽ domini ignoramus, ſtulti dicimur. Caro enim de uoluntate Dei male iudicat, reijci ſe ſentit, quare deſperat, fugit, & conatur ſibi mederi operibus. Eſt autem ingens hæc conſolatio, ſcire quod quom adfligit Dominus, tum maxime poſtulet ſibi credi.

Diligenter agnoſce uultum &c.

Sic eſt reddendũ. Agnoſce faciem pecoris tui, obſerua tuos greges, neq; enim perpetuo tenebis has oues, & gloria non durat à ſeculo ad ſeculum. Prodit gramen & apparent herbæ, & metitur fænum montium.

montium. Oues ſunt ad ueſtiẽdum te, & hirci ſunt ad agriculturæ precium, & ſufficiet lac capra‐rum ad uictum tuum, & uictum familiæ, & ad ui‐tam ancillarum tuarum.

Primum præcipit, tuum pecus cognoſce .i. tuis utere, non alienis, propterea tua conſerua & cura.

Secundo monet poſſeſſionem hanc temporariam eſſe, propterea impia eſſe corda quæ huc fiduciam collocent, ſicut ille Lucæ XII. *Habes multa bona.*

Tertio commemorat Dei *opus, ut ſentiamus di‐uinitus nos paſci, & utamur cũ gratiarumactione, & ne dubitemus quin uictum daturus ſit* Deus, *qua ſi ſic dicat,* Primum *ne fidas poſſeſſione rerum. nam in manu* Dei *eſt, non tua. Deinde quid furis cu‐piditate quærendi?* Ecce Dominus *eſt qui ſecundat terram proferentem quo uictites. Sic præcepit* Apoſtolus *cum gratiarumactione uti, et ſupra præ‐ceptum eſt, ut primitiæ* Deo *conſecrentur, id eſt, ut agnoſcamus eſſe dona* Dei *uictum. Id agnoſcere, eſt reuera ſentire, non ficta imaginatione, quod* De‐*us adſit, paſcat, & foueat. Poſtremo docet ne‐ceſſitatis gratia res eſſe datas, non luxus.*

Prima ſententia eſt per impios doctores de‐torta ad confeſſionẽ, ſcilicet omnia peccata eſſe re‐cenſenda confeſſori, ſed nulla eſt certa ſententia, ſi‐

ſicut ceram torqueamus ſcripturam. Impietas eſt ſine reuerentia tractare ſcripturas, ut hodie conſ gerunt ſententias ſcripturæ pro ſuo arbitrio. Illa ſunt ſimulacra maſculina de quibus Prophetæ. Sententiæ ſunt ſumendæ à uerbo, non uerbum ſecundum ſententias noſtras torquendum, quia ipſum eſt lux.

FINIS.

ANIMADVERTENDVM HOC IN

dice, per A priorem faciem. B alteram ſignificari.

A

Abſconditus panis	40. A
Abuſus ſcripturæ	157. A
Aceruus Mercurij	157. B
Acuere uerbum	97. B
Adoleſcentes uerbo imbuendi	123. B

AEmulatio

AEmulatio 74. A
AEquabilitas ſit in matrimonio 28. A
AEneæ frontes 121. A
Afflictiones duplices ſunt 117. B
Alacritas fidelium 64. B
Alacritas Spiritus 98. B
de Alieno corio liberales 52. A
Altum 137. A
Amor Dei erga homines 37. A
Amarulenti 58. A
Amentia ſcortatorum 33. B
Amici fucati pernitioſi 44. A
Amici ueri 168. B. 170. A
Amicorum uulnera 168. B
Amicicia uetus raro aboletur 171. A
Antiquorũ mos erga filios inobedientes 105. A
Apoſtata quid 31. A
Aquæ furtiuæ 39. B
Aquæ dulces 40. A
Aquilo Serenator 150. B
Ardeliones 162. A
Argentũ, gratiã et uerbũ dei deſignat 45. B. 164. B
Arriana Hæreſis 170. A
Arcus doloſus 61. A
Aſtutia & calliditas uerbo acquiruntur 6. A

Aſtutus 71. A. 174. B
Author boni & mali Deus 19. B
Authores ſectarum in eccleſia fugiendi 93. A
Aurum Tolloſſanum 117. A
Auſcultans quis 121. A
Authores quomodo legendi 169. B
Audire eruditionem 23. A
Auditores Verbi qui 87. B. 61. B
Auditu carnali uerbum non intelligitur 15. B. 127. A
Auaritia 80. B

B

Beatitudo quid 20. B
Belial 31. A
Beneficus 50. B
Benedictio iuſti 42. B. 66. A
Benedictio domini oĩa fœcũdat 62. B. 66. A. 142. A
Bibere uinum iniuriæ 24. A
Boni & mali author eſt Deus 19. B
Boues ſunt prædicatores Verbi 68. A
contra Bonam intentionem 70. B. 88. A
Bonus uicinus 171. B

C

Calliditas & aſtutia uerbo acquiruntur 6. A
Capitis gratia 7. B
Caput quid 42. A

Carnali auditu uerbum non intelligitur 15.B (127.A

Carnis ſapientia 15.B.55.B

Carnis iuſtitia 61.A.99.A

Carnis impietas 65.A

Carnis cæcitas 83.A

Calamitas proximi 150.B

Carnis gloriatio 166.A

Callidi qui 72.A

Calumniari quid 74.B

Calumniator Verbi 31.B.95.B

Canes qui 37.B

Calumniæ iuditiorum 58.B

Cælibatus 164.A

Cæcitas pœna eſt contemptus Verbi Dei 10.A. (37.B.53.A.57.B.118.B

Cæcitas quid 48.B

Cæcitatis fructus 135.B

Cæremoniarum uſus 18.A

Cæſar luna 46.A

Charitatis leges 22.A

Charitas condimentum omnium 44.A

Charitate uacans 50.B

Charitas ficta 102.B

Ceſſator ſeruus 97.B

Ceſſatores 47.A
Certum & incertum in fide ſunt 112.B
Cernere Deum 35.B
Cognitionem Dei non præſtant opera, ſed lux dei 4.A.14.B
Cognitio dei uita æterna 101.A
Cognitio Dei 125.A.38.A
Cor rectum 5.B.134.A
Cor latum 116.B
Cor regis in manu domini 145.B
Corde ſapientes 43.A
Cor contritum uerum ſacrificium 69.B
Commendatio Magiſtratus ciuilis 85.A
Commendatio crucis 87.A.114.B
Commendatio matrimonij 100.A
Commendatio uerbi 147.A.171.B
Concionatores noſtri æui 17.B
Correptio fraterna 22.B
Comparare ſapientiam 23.B
Comedere panem impietatis 24.A
Continentiam dat Deus 31.B
Comandi ſtudium 33.B
Columnæ in ſcriptura quid 37.A
Conditio impiorum 38.A
Conditio iudicum 98.B

Conditio Euangelij 88.A
Colaphum labijs infringi 43.A
Conſpui faciem eodem
Contentioſi 63.B.124.B
Conſpiratio impiorum 51.A
Commendatio gratiæ diuinæ 51.B
de Corio alieno liberales. 52.A
Confeſſio uerbi 68.A.128.A
Conſtitutio familiæ 63.A
Contumelia diſſimulanda 58.A
Conſulti 63.B
Conſiliarij 79.B
Conſilio dei omnia fiunt 70.A.77.B.122.A
136.A.110.A
Conſilio & induſtria omnia gerenda 111.A
Conſilium pertinax 137.B
Conſilium ementitum non lædit 154.A
Concordia eccleſia regenda eſt 73.B.99.B
Confeſſio ueritatis 91.B
Contentiones fugiendæ 73.B.91.B.93.A
97.A.99.B.107.B.124.B.176.A
Contemptores uerbi 118.B
Commendatio famæ 122.A
Communio ſanctorum 133.A
Color uini quid 135.à

Corruptum iuditium 109. B. 119. B
Corona gloriæ uerbum 8. A
Clamoſa & ſtulta mulier dicitur ratio 38. B. 117. B
Crapula 134. A
Creaturarum officia 30. B
Criminator 22. B
Chriſto ſucceſſus repoſitus 11. B
χρυσολογίαι 14. A. 93. A
Chriſtianæ libertatis iactatores 133. A
Chriſtus nõ habet ubi reclinet caput 161. A
Chriſtianæ uitæ ſtatus 70. A
Crux 52. B
Crux non timenda 125. B
Crucis gloriatio 158. A
Crucis fuga 161. B
Crucis ſcandalum 65. B. 92. B. 133. B. 165. A
(139. B. 174. B
Crux præcedit uitam 81. A
Cultrum gutturi intentari 130. B
Cultus Dei uerus 21. A. 77. A
Cultus dei ſimulatus 59. B
Cultus impius 173. B

D

Dei cognitionem non præſtant opera, ſed
lux Dei 4. A. 14. B

Deus author eſt boni & mali 19.B
Dei cultus uerus 21.A.77.A
Dei cultus ſimulatus 59.B.173.B
Dei uoluntas omnibus in rebus ſpectanda 25.A
Deus dat continentiam 31.B
à Deo pendent omnia 35.B
Dei conſilio omnia fiunt 70.A.77.B.110.A
(122.A.136.B
Deum cernere 35.B
Dei ſcientia præditus 60.A
Deus curam noſtri habet 92.A
Dei cognitio eſt uita æterna 125.A
Dei cognitio 38.A.126.A
Dei gloria 158.A
Deſcriptio Synagogæ 14.B
Decimarum & primitiarum uſus 18.B.19.A
Dexterum quid 25.B
Deorſum ac ſurſum 80.A
Deſyderia iuuenilia 109.B
Delator 60.B
Dentes putridi 150.A
Dierum longitudo quid 15.B
Diſpenſatio rerum 27.B
Diuinæ gratiæ commendatio 51.B
Differentia Pij & impij in uſu rerum 56.B

Diſputationes De cæremonijs & cultu ſanctorum à ſathana proueniant 91. B. 107. B
Diuites 101. A
Diuitum officium erga pauperes 123. B
Doloſa manus 41. B
Doloſus arcus 61. A
Doctrinæ humanæ uenti ſunt 53. B. 172. A
Doctrina uerbi 172. A
Doctrina inditium pietatis uel impietatis 58. A
Donorum faſtidium 157. B. 110. B
Donorum uſus 153. B
Dominus dat ſapientiam 92. A
Dulces aquæ 40. A
Duplices afflictiones 117. B

E

Ebrietas fugienda 107. A
Ebionitarum hæreſis 170. A
Eccleſiæ iudicium 95. A
Ementitum conſiliũ non lædit 154. A
Encomion matrimonij 87. B. 100. A
Encomion ſapientiæ 34. A
Epiſcopus 109. A
Epiſcopi officium eodem
Eruditionem audire 23. A
Eruere 138. B

Euiglandum

Euigilandum in Eccleſia 97.B.110.A
Εὐλογία 93.A
Euangelij conditio 88.A
Euangelij præſtantia 110.B
Euangelij prædicatio paruulorum eſt 160.A
Exempla multorum non imitanda 27.A
Excæcatio grauiſſima pœna 136.A
Exitus incerti 165.B

F

Faciem conſpui 43.B
Familiæ conſtitutio 53.B
Fallatia 76.A
Faſtidium donorum 110.B
Facere iuſtitiam & iudicium quid 116.B
Famæ commendatio 122.A
Flexibilis ratio 39.A
Fortes 41.B
Fortuna nihil contingit 70.A
Fraterna correptio 22.B
Fraus 48.A
Fraudulenti 60.B
Franciſcus impetrauit ne quis ſui ordinis in peccato moriatur 76.B
Frigus quid 108.B
Frontes æneæ [illegible].A

Fructus Verbi	4. A 64. B
Fructus ſapientiæ	34. A
Fructus ſpiritus	77. B
Fructus impietatis	96. A
Fidutia in homines nulla	29. A
Fideles ſemper alacres	64. B
Fidutia uana	98. A. 110. B. 149. B
in Fide certum eſt & incertum	112. B
Ficta charitas	102. B
Fingere uultum	43. B
Furtum &	
Furti lex	32. B
Furtiuæ aquæ	39. B
Furari Verbum	65. A
Fucati amici pernicioſiſſimi	44. A
Fuſte coercendi impij	66. B. 132. B. 155. A
Furioſi	129. A
Fuga crucis	161. B

¶G

Gaudium fructus eſt ſpiritus	77. B
Genera mendacij	142. B
Gigantes	40. A
Gloriæ corona Verbum	8. A
Gloria Dei	144. B
Gloria crucis	258. A

Gloriatio carnis 166.A
Gratia capitis 70.B
Gratia ſignificatur per argentum 45.B
Gratia eſt modeſtiæ, non formæ 45.B
Gratia eſt uoluptas & iucunditas eodem
Gratiæ diuinæ commendatio 51.B
Gutturi alterum intentari 130.B

H

Habitare terram uiuentium 47.B
Hæreſes uariæ 170.A
Hiſtoriæ exempla legis & Euangelij 5.A
Hypocriſis ſimia 89.B
Hypocriſis thraſonica 103.A
Hypocriſis 57.B.59.B.79.A.108.B.
(127.B.120.B.147.B.162.A
Honor quid 19.A
Honorandi parentes 106.A.111.B
Homini non fidendum 29.A.92.B
Hoſpitalitas ſeruanda 52.B
Humanæ parabolæ à ſacris quid diſcrepent 2.B
Humana prudentia à pietate quid diſtet 69.A
Hūanæ inſtitutiones & uerbū dei qd diſcrepēt 11.A
Humanæ doctrinæ uenti 53.B 172.A
Humana ſapientia panis mendacij dicitur 130.B
Hūana poteſtas peccata coheercet, nō euacuat 126.B

Humilitas 146.A
Huſſitæ combuſtio innocentiſſima 63.A

I

Iactatores libertatis chriſtianæ 133.A
Ignaui 105.B
Ignauia 144.A
Illuſores 62.A
Impij ab impijs puniuntur 9.B
Impiorum interitus 10.B
Impiorum conditio 38.A
Impiorum uoces 39.B
Impiorum conſpiratio 51.A
Impiorum lucerna 116.B.63.A
Impij ſuo conſilio confunduntur 74.B
Impiorum labor adflictio 78.B
Impijs omnia cedunt in malum 101.B
Impiorum ſcandalum proſperitatis 124.A
Impij pœna cohercendi ſunt & lege 66.B
(132.B.155.A
Impij poſt unam atq; alteram admonitionem
fugiendi 155.B
Impiorum interitus 10.B
Impij dona Dei contemnunt 157.B
Impij 158.B
Impij & pij in uſu rerum differentia 56.A

Impietatis ſeu pietatis indutium eſt doctrina	58. A
Impietas carnis	65. A
Impium Thomæ dictum	69. A
Impietatis fructus	96. B. 101. B
Impius cultus	173. B
Implacabiles	91. B
Impatientes	120. A
Imperitus ſodalis	167. A
Immodicæ laudes	175. A
Impietatis panem comedere &	
Iniuriæ uinum bibere	24. A
Inuidentia	24. B
Intellectus Verbi apud quos	4. B
Inſtitutiones humanæ à uerbo quid diſtent	11. A
Inſipientes	34. B
Infringi colaphum labijs	43. A
Integritas	48. B
Integri	50. B
Inſidiæ	108. B. 41. A
Intelligens	74. B. 79. A
Ingrati	91. B. 171. A
contra Intentiones bonas	70. B. 88. A
Inuocatio nominis domini	98. A
Inuenire	100. A
Inuenire mulierem	104. A

Induſtria & conſilio omnia regenda 111. A
Intentari alterum gutturi 13. B
Inſidiatores fugiendi 131. B
Incauti 135. A
Infirmi ſuſcipiendi, non calumniandi 132. B
Infirmari uerbum & quieſcere 138. B
Incerti exitus 165. B
Inimicorum oſcula 168. B
Ira Theodoſij Imperatoris 167. B
quomodo Iraſcendum 168. A
Iraſcendum tarde 103. B. 105. A
Irati ſunt placandi 75. B
Iracundi 129. A
Irrigatio quid 18. A
Ioſeph ſeruatus in ægypto 12. B
Iudicium facere &
Iuſtitiam quid 62. A. 116. A
Iuſti benedictio 42. B
Iuſtitia carnis & ſpiritus 61. A. 63. A. 99. A
Iuſtorum lux 63. A
Iudicare uerbi eſt 5. B
Iuditium eccleſiæ 95. A
Iuditium ſpiritus 108. A
Iuditium corruptum 109. B. 119. B
Iudicum conditio 98. B

Iudicium quale ſit 96.B
Iuditium mundi de ſanctis 152.B
Iuuentutis libertas 5.A
Iuuenilia deſyderia 109.B
Iuuenum prærogatiua 114.A

¶L

Laborandū eſt ut proxio proſimus 26.B.30.A.31.A
Labor quare impoſitus 31.A.57.B.104.B (130.B.142.A.143.B
Labore omnia florent 68.A
Labor impiorum afflictio 78.B
Labijs colaphum infringi 43.A
Labia oſculi 141.B
Labia uenenata 164.A
Laceræ ueſtes 134.B
Laquei mortis 64.B
Laſſi pedes 150.A
Latum cor 116.B
Laudare 166.B
Laudes immodicæ 175.A
Leges charitatis 22.A
Lex furti 32.B
Legis populus 103.A.155.A
Lex ſolummodo manum coercet 126.A.132.B
Lenitas 148.A

Lectulus 160.B
Leues ſpiritus 169.B
Libertas iuuentutis 5.A
Libertatis chriſtianæ iactatores 133.A
Liberales de alieno corio 52.A
Liberalitas eodem
Liberi ornamento ſunt parentibus 90.A
contra Liberum arbitriū 17.A.54.B.68.B.76.A
(.82.B.83.A.115.B.116.A.131.A.153.B.164.A
Lingua obſcœna 24.B
Linguæ uitia 62.A
Linguæ mendaces apud quos 151.A
Longitudo dierum 15.B
Longinqua uita 88.B
Loquacitas 45.B
Luna eſt cæſar 46.A
Lux iuſtorum 63.A
Lucerna impiorum 63.A.116.B

M

Mali & boni author eſt Deus 19.B
Matrimonij encomion 27.B
in Matrimonio ſit æquabilitas 28.A
Mactatæ peudes in lege quid 37.B
Manus doloſa 41.B
Manum domini tolerare 73.B

Maledictiones

Maledictiones Papæ 67. B
Magiſtratus ciuilis commendatio 85. A. 107. B
in Matrimonio ſola dei uoluntas ſpectãda 100. B
Margaritæ non ſpargendæ porcis 132. A
Matres & patres uocantur uerbi doctores 134. A
Mariæ pallium & roſaria meræ ſunt Maledictiones 175. B
Menſa in ſcriptura quid 37. A
Mercatorum uanitas 63. B
Mendacij panis eſt humana ſapientia 130. B
Mendatium 90. B
Mendatij genera 142. B
Mendaces linguæ apud quos 151. A
Mercurij aceruus 157. B
Mel indicat Verbum Dei 148. B
Miſericordia quid 16. A
Miſericordes 105. B
Mittere manum in ſinum 106. A
Mortis laquei 64. B
Mos antiquus contra filios inobedientes 105. A
Mulier naturæ uocabulum 100. A
Mulieris offitium 50. A. 67. A
Muliebria ornamenta 55. A
Mulierem inuenire 104. A
Mulier ſtulta & clamoſa eſt ratio 117. B. 38. B

Multiloquium prohibetur 45. B
Multorum exempla non imitanda 27. A
Multitudo peccantium 27. A
Munera corrūpūt magiſtratus 90. B. 94. A. 98. B. 118. A
Murmur contra Deum 94. A
Mundi regnum tenebrarum regnū eſt 122. B
Mundi iudicium de ſanctis 152. B
Mutuæ operæ 176. A

¶ N

Natura Verbi eſt iudicare 5. B
Natura ſpei 64. A
Neſciens ratio 39. A
Nequam oculus 124. A
Nihil fortuna contingit 70. A
Nitrum 150. A
Nobilitas chriſtianorum in Script. 90. A
Nominis domini inuocatio 98. A
Nouiſſima 105. A
Nouiſſima prioribus peiora 159. A
Nuncij 65. A. 157. A
Nubes ſine pluuia 147. B

¶ O

Obſcœna lingua 24. B
Oblationis primitiarum uſus 18. B. 19. A
quæ Oblatio Deo grata 121. A

Ocium 30. B. 97. B
Ocioſus populus 36. A
Oculi ſublimes 116. B
Oculus nequam 124. B
Offitia creaturarum 30. B
Offitia uiri & mulieris 50. A
Offitium regis 109. B
Offitium Epiſcopi eodem
Offitium diuitum & pauperum 123. B
Omnia à Deo *pendent* 35. B
Omnium condimentum charitas 44. A
Omnia labore florent 68. A
Oĩa conſilio Dei *fiũt* 70. A. 122. A. 136. B. 110. A
Omnis homo mendax 109. A
Omnia conſilio & induſtria gerenda 111. A
Opera non præſtant cognitionem dei, ſed lux Dei 4. A. 14. B
Operum uſus 18. B
Opera ſigna fidei 18. A
Opera piorum & impiorũ quõ diſcrepent 52. A
Operire 42. A
Opera non delent peccata 113. B
Operæ mutuæ 176. A
Opes credentium 72. B
Opportune dictum Verbum *quod* 44. B

Opportunus ſermo 79. B
Ornamenta mulicbria 55. A
Ordo in rebus ſeruandus 138. B
Oſtentatrix hypocriſis 59. B
Oſculi labia 141. A
Oſcula inimicorum 168. B

¶ P

Parabolæ ſacræ ab humanis qd diſcrepent 2. B
Paruuli qui 6. A. 34. B
Pax 15. B. 151. B
Panem impietatis comedere 24. A
Paucitas ſanctorum 27. A
Panis abſconditus 40. A
Papa eſt ſol 46. A
Papæ maledictiones 67. B. 93. A
Patres ſtulti 93. B
Parentes uenerandi ſunt 106. A. 111. B
Pauper 102. B
Pauperum officium erga diuites 123. B
Patientes 120. A
Pauperum ſtudium 128. B
Paruulorum eſt prædicatio Euangelij 160. A
Panis mendatij 130. B
Patres & matres uocantur uerbi doctores 134. B
Pallium Mariæ 175. B

Pœna grauiſſima excæcatio 136. A
Pecantium multitudo 27. A
Pecudes mactatæ in lege quid 37. B
Peruerſi qui 50. B. 88. B 93. B
Peccata non delentur operibus 113. B
Pertinax conſilium 137. B
Perſonarum reſpectus non habendus 140. B
Pedes laſſi 150. A
Pedes truncare 156. B
Peccata in ſpiritum ſanctum 159. B
Philoſtorgi 22. A
Pij & impij in uſu rerum differentia 56. B
Pietatis & impietatis inditium doctrina eſt 58. A
Pietatis ſenſus de Deo 59. A. 67. B
Pij peripſema mundi 65. B
Pietas 69. A
Pijs condiuntur dulcia amaris 70. B
Pijs omnia cedunt in bonum 101. B
Pij abſq; moleſtia parant poſſeſſiones 78. B
Pigri 78. B. 105. B. 160. A. 161. B
93. A. 143. B
Placandi ſunt irati 75. B
Plotinus Platonicus 172. B
Populus ocioſus 56. A
Populus legis 103. A. 155. A

Portæ in ſcriptura quid 72. A
Porci qui 37. B
Porcis non ſpargendæ margaritæ 132. A
Poteſtas humana peccata tantum cohercet, non euacuat 126. B
Pollicitationes ingentes 147. A
Polipragmeni 162. A
Pondus & ſtatera 85. B
Prædicator Verbi *qualis ſit* 37. A. 96. A
Prædeſtinatio 81. A. 83. B. 115. B
Præſtantia Euangelij 110. B
Prærogatiua Iuuenum 114. A
Primitiarum oblatio quid 18. B
Principes aduerſantes Euãgelio *nihil effitiũt* 49. A
Princeps bonus à domino datur. 50. A
Proximus nõ iſamãdus, ſed clã monẽdus 45. B. 49. B
Proſperitatis ſcandalum impiorum 124. A
Properare 146. A
Proximi calamitas 150. B
Prudentia quid 4. B. 34. A
Prudens 75. A
Prudentia ſpiritus & carnis 55. B. 69. A
Putreſcere 159. B
Putridi dentes 159. B
de Purgatorio non eſt diſputandum 107. B

¶R

Ratio ſollicita de opibus augendis 8.B
Ratio mulier eſt ſtulta & clamoſa 38.B.117.B
Ratio neſciens & flexibilis 39.A
Rectum cor 5.B.134.A
Renes quid 18.A
Rerum diſpenſatio 27.B
Reſpublica propter pios floret 49.A
Reges in ſcriptura quid 85.B
Regis officium 109.A
Regis cor in manu domini 145.B
Rex quæ potiſſimum caueat 113.B
Rex timendus 140.A
Regnum mundi eſt regnum tenebrarum 122.B
Reſpectus perſonarum non habendus 140.B
Reſpondere 173.A
Riſus Sardonius 7.A
Roſaria Mariæ meræ maledictiones 175.B
Rudes rerum ſpiritualium 71.A
Rubigo 146.A

¶S

Sacræ parabolæ ab hūanis quid diſcrepent 2.B
Sardonius riſus 7.A
Sacrificuli noſtrates 17.B
Sapientia quid 20.B.34.A.96.B

Sapientiam comparare 23.B
Sapientes corde 43.A
Sapientiæ Encomion & fructus 34.A
Sapientes Verbi 79.A
Sapientia uera 35.A
Sanctorum paucitas 27.A
Sancti etiam media in morte gaudent 70.A
Sancti nonnunquam peccant, ſed reſurgunt 139.A
Sancta contumelijs afficere 113.B
Sanctorum communio 133.A
Sacrificia damnantur 113.A
Sacrificium uerum 69.B
Sacramentorum uis 84.A
Scandalum crucis 65.B, 92.B, 133.B, 139.B, 165.A. 174.B
Scandalum proſperitatis impiorum 124.A
Scripturæ uſus 157.B
Scriptura rationi oppoſita eſt 6.B
Scortationis pœna cæcitas 26.A. 32.A. 33.A. 125.B
Scortatio 26.A. 32.A. 125.A
Scortatorum amentia 33.B
Scientia Dei præditus 60.A
Seruiendum uocationi 56.A. 142.A
Senſus pietatis de Deo 59.A
Sedulitas 60.B
Sermonis ſuauitas 45.B

Sermo hominem pium uel impiũ oſtendit 61.B
Sermo opportunus 79.B
Serenus uultus 80.B
Senectus ueneranda 88.B.114.B
Serenator aquilo 150.B
Sectarum authores in eccleſia 93.A
Seruus ceſſator 97.B
Secreta uentris 114.B
Sedere apud principem 130.A
in Sinum mittere manus 106.A
Signa fidei ſunt opera 18.A
Simplex 13.A
Siniſtra 25.B
Simulatus Dei *ultus* 59.B
Simia hypocriſis 89.B
Synagogæ deſcriptio 14.B
Societas ſanctorum 99.B
Solicitudo ſpiritus pro nobis 134.A
Sodalis imperitus 167.A
Solertia 6.B
Sol eſt Papa 46.A
Sophiſtarum de libero arbitrio opinio 82.B
Spei natura 64.A
Spiritus iuſtitia 61.A.63.A
Spiritus prudentia 55.B

Spiritus tranquillitas donum eſt Dei 175.B
Spiritus alacritas 98.B
Spiritus iuditium 108.A
in Spiritum Sanctum peccata 159.B
Spiritus leues 169.B
Spina in manu temulenti 158.A
Sponſi uox 79.B
Status uitæ christianæ 70.A
Statera & pondus quid 86.A
Stabilis uoluntas domini 105.B
Stulti qui 7.A.71.A.73.A
Stulta & clamoſa mulier eſt ratio 38.B.117.B
Stultitia 71.B
Stultus pater 93.B
Stultitia filij 104.A
Studium comandi 33.B
Studium pauperum 128.B
Subſannatores qui 10.A.120.A
Subſannatores uerbi 37.B.68.B.77.B.118.B.138.A
Subſannatores uino fiunt 106.B
Suſurrones 97.A.111.B.163.A
Subitum in Scriptura quid 112.A
Sublimes oculi 116.B
Succeſſus Chriſto repoſitus 11.B
Sulci quid 66.A

Superbi 48.A.61.B.63.B.120.A
Surſum ac deorſum 80.A

T

Tarde eſt iraſcendum 103.B.105.A
Terram uiuentium habitare 47.B
Tentatio uim Verbi declarat 54.B
Teſtis 73.A
Temerarij 120.A
Tenebrarum regnum eſt regnum mundi 122.B
Theodidacti 61.B
Theodoſij imperatoris ira 167.B
Thomæ impium dictum 69.A
Timor eſt cognitio Dei 38.A
Timor dux itineris 67.A
Timor domini 73.A
Timor domini apud quos 123.A
Timendus rex 140.B
Torques colli 8.A
Tolerare manum domini 73.B
Tolloſſanum aurum 117.A
Thraſonica Hypocriſis 103.B
Tranquillitas ſpiritus Dei *eſt donum* 175.B
Truncare pedes 156.B
Turpis 75.A
Tumultuoſus 107.A

V

Vanitas quid 49. A
Vanitas mercatorum 63. A. 110. B
Vana fiducia 98. A. 110. B. 149. B
Vacans charitate 50. B
Vagabundi 169. B
Verbi fructus 4. A. 64. B
Verbi intellectus apud quos 4. B
Verbi natura eſt iudicare 5. B
Verbo acquiruntur aſtutia & calliditas 6. A
Verbum corona gloriæ dicitur 8. A
Verbi uis 8. A. 31. B. 35. B. 61. B 127. A. 169. A
Verbi Dei *contemptus pœna eſt cæcitas* 10. A (37. B. 53. A
Verbum Dei *& humanæ inſtitutiones quid diſtent* 11. A
Verbum auditu carnali non intelligitur 15. B. 127. A
Verbo ſolo credendum 29. B
Verbum opportune dictum quod 44. B
Verbi uis tentatione cognoſcitur 54. B
Verbi auditores 61. B
Verbi confeſſio 68. A. 128. A
Verbum uita credentibus 139. A. 76. A
Verbo Dei *omnia ſuſcipienda* 85. A
Verbum acuere 97. B

Verbum

Verbum uitiare ſeu furari	68. A
Verbi aſus	128. A. 157. A
Verbum quieſcere & infirmari	138. B
Verbi commendatio	171, B. 147. A
Verbum quid doceat	172. A
Verbum quid	35. B
Veritas quid	16. A
Veritas ſibi per omnia conſtat	58. B
Venti ſunt humanæ doctrinæ	53. B
Verſutus	71. B
Veritatis confeſſio	91. B
Venenata labia	164. A
Veſtes laceræ	134. A
Veri amici	168. B
Vetus amicicia raro aboletur	171. A
Victus unde obueniat	41. B
Victus iuſtorum abunde	77. A
Viuentium terram habitare	47. B
Viri officium	50. A
Viſcera quid	57. A
Vitia linguæ	62. A
Viri cogitationum	54. B. 67. B
Vitæ chriſtianæ ſtatus	70. A
Vindicta prohibetur	71. B. 112. A. 143. A
Vita longinqua	88. B

Vis ſacramentorum 84. A
Vino fiunt ſubſannatores 106. B
Vini color 13. B
Vitia aliorum tegenda 162. B
Vicinus quis 171. B
Vicinus bonus eodem
Vinum iniuriæ bibere 24. A
Voluntas Dei omnibus in rebus ſpectanda 25. A
contra Vota 113. A
Voces impiorum 39. B
Vocationi ſeruiendum 56. A. 42. A. 169. B
Vox ſponſi 79. B
Voluntas domini ſtabilis 105. A
Vulnera amicorum 168. B
Vultus ſerenus 80. B
Vſus operum & cæremoniarum 18. B
Vſus decimarum & primitiarum 18. B, 19. A
Vſus donorum 153. B
Vmbilicus quid 18. A
Vxores diligendæ ſunt 28. A

¶ Z

Zelotes 16. B
Zelus charitatis 168. A

F I N I S.

VITT. EM. BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ΠΡΟΝΟΙΑ



Πάντη γάρ ἐστι πάντα τε βλέπει θεός.

לא איש אל [illegible]

O Iane à tergo, cui nulla Ciconia pinſit.